







31
2-40
DISPUTATIONE PUBLICA,
JURE STATUUM
IMPLE-
DANDÆ CIVITATIS,

IN
DN FRIDERICO WILHELMO,

Magistratus Præsidentis, Havæde Dec. &c. &c.

ET UNIVERSITATE FRIDERICIANA


Consensu Superiorum.

PRÆSIDE

CHRISTIANO THOMASIO, Jcto,

Magistratus Hæc. Reversib. & P. B.

CUSIIS



1696 315 11
2. F. F. J. 2.
DISPUTATIO JURIS PUBLICI,
DE
JURE STATUUM
IMPERII,
DANDÆ CIVITATIS,

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
Electoꝝ Brandenburgici Hærede, &c. &c. &c.
IN UNIVERSITATE FRIDERICIANA

Consensu Superiorum,
PRÆSIDE
DN. CHRISTIANO THOMASIO, Jcto,
Consiliar. Electoꝝ, Brandenb. & Prof. Publ.

publico examini subicit
ad d. III. Junii ANNO M. DC. XCVI.

H. L. Q. C.
CAROLUS AUGUSTUS CLUSIUS
Serveda - Anhaltinus.

HALÆ, Typis CHRISTOPHORI SALFELDII, REGIM. ELECT.
BRANDENB. Typogr. 1715.

DISPUTATIO PUBLICA

JURE STATUM
DANDA CIVITATIS

OVAM
Rectori Magnifico
Serenissimo Principi & Domino
D. FREDERICO WILHELMO
Electoris Brandenburgici, etc. etc. &c.
IN UNIVERSITATE FRIDERICIANA

PRASIDIO
D. CHRISTIANO THOMASIO JOJO
Consilii, Professoris, etc. & Prof. P. P.

M. D. C. C.
CAROLUS AUGUSTUS CUSCHUS
Secretarius Aulicus

HAEC TYPEGRAPHIA SALFORDI RHEINI ELECT.
Benedicti Typogr. 1782



Serenissimo Principi & Domino,
DOMINO
CAROLO VVIL-
HELMO,

Principi Anhaltino,
Duci Saxoniae, Angriae
& Westphaliae,
Comiti Ascaniae,
Domino Zerveftæ, Berenburgi,
Jeveræ & Kniphufii,

Domino suo Clementissimo,

In signum humillimæ submissionis
& reverentiæ,
Cum Voto
perennis Felicitatis & Successuum
Exoptatissimorum
Fauftissimique Regiminis,
Dissertationem hanc Academicam
eo, quo par est, ac decet,
Animi cultu & obsequio
dicat atque consecrat

Clementissimæ Serenitatis suæ

Humillimus & subjectissimus

CAROLUS AUGUSTUS CLUSIUS,



B. C. D.

De

Jure dandæ civitatis Statibus Imperii competente.

SUMMARA.

Communis error: Jus dandæ civitatis pertinere in Imperio Germanico ad solum Imperatorem. §. 1. Occasio dissertationis. §. 2. Aliud jus civis, aliud jus civitatis. §. 3. Civitas hic sumitur pro urbe. Oppositio inter vicum & urbem. §. 4. Vita rustica antiquior urbana apud posteros Adami & apud antiquos Romanos. §. 5. Apud Germanos olim nullæ urbes. Differentia inter vicum & pagum. In vicis vel ingenui vel servi. Ingenui. Domini. Duces. Comites. §. 6. Freyherrren. Grafen. Herzogen. Adlingi. Frilasfi. Lasfi. Bauer. Güter. Zins. Güter. Frey. Güter. Vita Germanorum antiquorum in vicis. §. 7. Urbium in interiore Germania origo vix ante seculum nonum. §. 8. Causa urbium metus & luxus. §. 9. Ad urbes condendas Germanis non verus Christianismus sed luxuria & mores Pseudo Christianorum sacerdotum occasionem dederunt §. 10. 11. & inde sequens corruptio morum penes Principes & populum, §. 12. quod confirmatur verbis Conringii. §. 13. Commercia & opificia sunt fructus vitiorum. Incrementa commerciorum sunt decrementa virtutum & Christianismi. Nova explicatio l. 1. & 5. de Just. & J. Commercia sunt jur. gentium a naturali ratione recedentis. §. 14. Novum augmentum urbium ex Conringii sententia. §. 15. Falsum

A 3 quod

quod servitus in Germania sit abrogata. Alia servitus Juris Gen-
tium, alia servitus Romana. §. 16. Apud Germanos olim veri
servi. Horum & libertorum conditio ex Tacito. Monita de Taciti
Germania. Tres fuere ordines in Germania, non quatuor. Ingenti
& Nobiles non sunt ordines diversi. Aliud nobilis, aliud nobilior.
Ostenduntur varii errores in aliquo Nitbaradi loco. §. 17. Notatur
Lebmannus statuens, servitutem in Germania sub Christianismo
cœpisse. Ibi durior & Romana propior facta differentia inter Leibe-
eigen/ Knecht/ & Slave. Sub Regibus Francorum triplex Genus
servorum. §. 18. Episcopi persuaserunt Germanis, liberalitate erga
Templa & sacerdotes acquiri regnum cœlorum. Non vero sustule-
runt servitutem, sed potius duriozem fecerunt. §. 19. Interim mo-
re Pharisæico persuadebant populo, manumissionem servorum
esse opus meritorium ad salutem eternam. §. 20. Falsum, quod ob
Christianam religionem servitus in Germania fuerit sublata. Ser-
vitus non est contra religionem Christianam. Ei, & recta intentio-
ni repugnat inconsiderata Manumissio. Multi, sed non omnes servi
in Germania ex superstitione manumissi sunt. §. 21. Falsum, quod
circa annum 1250. omnis servitus inter omnes Christianos, adeoque
& Germanos desierit. Origo erroris. §. 22. Questio Domitiana:
An homines proprii in Germania sint servi? Falsum: conditionem
Rusticorum nostrorum esse meliorem conditione servorum Roma-
norum. Exiguus usus juris Romani in Turcis hodie captis. §. 23.
Inanitas rationum communiter allatarum, cur servitus inter Chri-
stianos sit sublata. §. 24. Sunt adhuc hodie in Germania servi.
Rustici sunt servi, etiam si sint subditi. Subditi etiam servi sunt suo
modo. §. 25. Falsum, quod vel ex pacto vel ex consuetudine in Eu-
ropa desierint servi per captivitatem fieri. Cause ex nostri Status
ratione desumptæ, cur servitus hæc amplius non frequentetur. §. 26.
Inconstantia Lebmanni circa questionem, utrum primis temporibus
in Germania etiam ingenui inhabitaverint urbes? Differentia
exacta inter Adalungos & Frilingos qua? §. 27. Idem tamen con-
tra Conringium in eo defensio, quod præter servos & libertos in-
genui & nobiles primas urbes Germania non inhabitaverint.
§. 28. An ad civitatis constitutionem requiratur Episcopus. Con-
tradictio in adjecto; Episcopus paganus: Cim Dorff. Superintendent.
§. 29.

§. 29. Conjectura valde verosimilis, quibus artibus Episcoporum urbes in Germania extructa sint, & qua ratione non nisi a libertis & servis mercatura, cauponaria, & opificia sint exercita. Origo divisionis in urbes liberas & municipales. *Geschlechter. Bürger.*
§. 30. Testimonia: non licuisse nobilibus & ingenuis mercaturam & opificia exercere. Origo cur adhuc hodie nobiles ista vite genera horreant. §. 31. Incrementa urbium per munimenta, solennes conventus, & convivia. §. 32. Vici & Urbis definitio. *Ufus Rusticus & urbanus*, ex regulis artis i. e. natura rei descriptus & variis exemplis illustratus. §. 33. Ab usu urbano & rustico, ejusque vel puritate vel mixtura deducta divisiones urbium & pagorum. Urbes majores, minores, & vix a pagis differentes. Pagi urbanizantes. *Vix hodie datur Pagus purus & simplex*, etsi multi dentur Pagi mixtissimi. §. 34. *Ufus urbani* quatuor aut quinque potissima genera: opificia, cauponandi jus, mercatura, mania, schole. *Transitus ad questionem. Ufus dictorum in ejus decisione.* §. 35. *An Status Imperii possit jure suo ex vico facere urbem?* *Affirmatur.* §. 36. quia habet jus extruendi fortalitia, pro qua tamen assertione parum apte adducuntur leges Romanae, §. 37. quia habet jus instituendi scholas, §. 38. quia habet jus concedendi & instituendi nundinas provinciales. §. 39. item mensuras & pondera, §. 40. & quia demique habet jus Statuta opificum confirmandi aut abolendi, nova opificia introducendi, privilegia cauponaria concedendi. §. 41. *Ex Superioritate territoriali fluit: Status posse quocumque modo Civitatem condere aut concedere.* §. 42. Plurima exempla urbium a Statibus conditarum. §. 43. *Ufus horum exemplorum. Etiam praescribi possit hoc jus a Statibus contra Imperatorem, non tamen ignorantem. Respondetur ad exceptiones: Factum iis contineri non jus: & supponere ea tacitum consensum Imperatoris. Notatur Henninges.* §. 44. *Objectio primaria: Jus concedendi Civitatem esse reservatum Imperatoris, resolvitur.* §. 45. Respondetur ad prohibitionem Maximiliani I. Comiti Mansfeldico factam & exemplum Comitum Wertheimensium ab Imperatoribus jus concedenda urbis impetratum. §. 46. Denique nec obstat doctrina nostrae textus ex *Jure Saxonico.* §. 45.



Inter varios Scriptorum Juris Publici vulgares & communes errores etiam nonnulli sunt, qui, etsi quotidiana praxi & evidentiā, ex negotiis, quæ in ipsis rerū argumentis obtinent, orienda refutentur, tamen majora quotidie incrementa vel ex eo sumunt, quod sponte sua ex brocardicis quibusdam obsoletis ex magis obsoleta Philosophia propullulantibus, profuunt, quæ subinde omnibus modis stabiliri etsi non veritatis, tamen autoritatis & lucelli cujusdam interest. Ad hanc classē non immerito referre possis communem sententiam, quod jus civitatis dandæ adeo Imperatori proprium sit, ut penes ipsum solum resideat, ita ut si quis in Imperio absque illius consensu & approbatione civitatem condiderit vel communitati jam antea existenti civitatis jus concesserit, ea neque pro civitate haberi, neque civitatis jura usurpare queat. Autores conquirere, qui id statuunt, non est opus, cum præter eos, quos hic fusius citat Schwederus, *Intrad. ad Jus Publ. Part. spec. sect. I. c. 18. §. 3. p. 509.* & Stamlerum, *de Reservat. §. 60.* omnes unanimiter id statuunt alii Juris publici Doctores quæstiones hujus mentionem injicientes, exceptis paucissimis, ut Schwedero ipso & duobus aliis similiter *d. l. §. 4. p. 513. citatis* & si qui forte sint alii, quos cum ipso ignoramus.

§. 2. Etsi autem Vir Celeberrimus, pro more sententiam veram succincte ibidem exposuerit & ad rationes dissentientium nervose responderit, non ingratum tamen, credo, fore Lectori, si quæstionem eandem paulo distinctius reassumero, præprimis cum ex ejusdem discussione videantur dependere quæstiones majoris forte momenti.

§. 3. Ne vero statim in initio impingam, ante omnia constare debet, quid sit istud jus civitatis, quod conceditur & in quo consistat. Credo enim, si Doctores ideam istius juris paululum accuratius considerassent, neminem eorum tam temerarium fuisse futurum, ut præsumserit, concessionem ejus juris denegare

negare Statibus singulis Sacri Imperii Germanici. Neque enim hic sufficiebat illud saltem observasse, non agi de jure dandæ civitatis, einem das Bürger-Recht geben / sed de jure quod communitati alicui conceditur ut habeat jura civium quatenus hi opponuntur rusticis, einem Ort das Stadt-oder Markt-Recht geben / sive einem Ort mit Weichfried begnädigen / oder Stadt aufsrichten: Sed debebat utique considerari quanam sit differentia inter societatem rusticorum & societatem civium, seu inter vicum & civitatem, & quanam sit diversitas jurium inter ista duo hominum genera.

§. 4. Non urgebimus; abusive hic vocem *Civitas* videri sumi, cum in sensu Politico pariter ac Juridico denotet unionem hominum ad rempublicam & communionem jurium ex illa unione profluentium, neque adeo accurate in hoc significato pagus, qui portio civitatis est, civitati, aut rustici, qui & ipsi (quatenus communiter pro liberis hominibus habentur) in illa acceptione sunt cives, civibus videri opponi. Melius forte dixisses *Urbem & jus Danda Urbis*. Urbs enim vico opponitur, ut *vicus* sit ein Dorff / in quo sunt vicini, Nachbauern / qui aruris cultura dicuntur Coloni vel Rustici Bauern / *Urbs*, vel *Municipium* eine Stadt / cujus incolæ dicendi *Municipes* vel homines Urbani, uti in jure Romano prædia sunt vel rustica vel urbana, (non civilia) Germanice *Stadt-Leute / Städtter* / uti in composito die *Klein-Städtter* / vel *Bürger* a Burgo, von der Burg / quo nomine antiquitus loci muniti denotari incipiebant.

§. 5. Sunt vero *vici* haud dubie *antiquiores urbibus*. Cain & Abel prius rusticationem exercebant antequam Cain urbem extrueret. Veteres illi non infimæ plebis homines, quorum bona fortique opera populus Romanus usus fuit, ex re Rustica, in qua multum diuque versati fuerant, clari nominis cognomenta sumserunt. Ex qua re conjectari licet, fortes illos atque acri ingenio viros, quicquid a Reip. muneribus ocii & laxamenti habebant, id plerumque in exercendis agris & colendis frugibus ponere consuevisse, neque sementes terræ jacere, neque

neque vitēs amputare, aut agros stercoreare vel irritare, fastidio unquam duxisse, quæ nunc probro ducimus, dedecorique & turpitudini damus. Ita ratiocinatur Alex. ab Alex. *lib. 1. dier. gen. cap. 9.* idque declarat exemplo Pisonum, Ciceronum, Lentulorum, Fabiorum, Hortensiorum, Suilliorum, Bubulcorum, Caprariorum, Porciorum, aliorumque. Plura suppeditabit, qui jam non est ad manus, Grenius in *tractatu de rusticationibus veterum.*

§. 6. Quodsi Tacitum de Moribus Germanorum, Conringium de Urbibus Germanicis aliosque historiæ Germanicæ scriptores evolvamus, res, si recte memini, eo redibit. Distributus erat olim populus Germanorum solum in vicis in *Dörffern*. Nullæ erant Urbes. Plures vici quorum inhabitatores communi jure utebantur & iudice, seu Comite, conjunctim nomine pagi appellabantur. Hæcque adeo est *genuina differentia inter vicum & pagum.* Et Pagus non est Synonymon vici, sed plurium vicorum complexus *eine Gow.* Unde adhuc hodie reliquæ morum veterum alicubi, ubi reperiuntur *Gowgrässen* seu iudices certorum districtuum. Et videntur adeo Pagi correspondere hodiernis præfecturis, *denen Aemtern.* Porro olim *Germani* dividebantur in *ingenuos & servos*, Servorum apud Germanos longe alia conditio erat atque apud Romanos, neque in una Domo degebant cum Dominis, sed præter alias servitutis notas, servitia (*Dienste*) præstabant ingenuis, agros eorum colendo, a quibus pro sua sustentatione certam quoque terræ portionem assignatam acceperant. Uti ergo servi tum temporis revera erant coloni aut Rustici, ita conditio servorum tum temporis parum differebat a rusticis nostris, nisi quod conditio eorum videatur fuisse paulo deterior rusticis iis qui hodie amplius non sunt *glebæ & dscripti, die heut zu Tage nicht mehr leibeigen seyn* / melior multo iis qui hodie in nonnullis Germaniæ provinciis vix melius tractantur bestiis & pecudibus. Ingenui, id est horum rusticorum Domini seu Domicelli (*die Herren und Jungfern*) & ipsi operam dabant rei rusticæ, scilicet agriculturæ & pecuaræ, parique jure libertatis & dignitatis inter se gaudebant, nisi quod ii qui se fortiter in bello gesserant

nobi-

nobiliiores reliquis habebantur non natiuitate sed virtute, fortitudine scilicet, quæ ex hypothesi communi paganismi eximia virtutum habebatur: Privilegium autem nobilitatis tum non maiora jura aut singularia intuitu rei domestica habebat, sed intuitu officiorum, quod præ reliquis adhiberentur ad functiones militares, quarum præcipua *Ducis des Herzogs* & ad officia pacis seu iudicia. Iudices vero, die *Graffen* dicebantur *Comites*, forte quod ex ducum Comitibus, qui in bello lateri Ducis adharebant, legerentur. Erant vero tum officia non perpetua nec hereditaria, sed temporaria. Ipsi vero Nobiles qui semel officium administraverant, tum in Comitibus videbantur habuisse priorem locum, tum & in vita privata a reliquis colebantur & partim ut arbitri frequenter adhibebantur, partim & ob alias causas gratiam eorum venabantur, qui pro more gentis controversias mutuas vi magis quam iudicio dirimere intendebant.

§. 7. Habes igitur in pagis & vicis Germanorum *Bauren und Herren* & horum alios ingenuos absq; dignitate *Freye Herren* alios cum dignitate, *Graffen oder Herzoge*. Commune ingenuorum nomen erat *Edele Adelinge*, quoniam videlicet omnes operam dabant virtuti bellicæ. *Ignobiles* autem h. e. medium genus inter ingenuos & servos erant *Frilasfi* seu *Lasfi* *Freygelaßene* non videlicet glebæ adscripti & ad servitia rustica obstricti, non tamen admisi ad servitia bellica, nec fundos suos liberè possidentes sed canonem aut alia onera & operas pendentes: Unde forte distinctio inter *Bauer-Güter* und *Zins-Güter* oder *Frey-Güter*. Pacis tempore *vita* horum omnium non urbana & elegans, sed simplex & rustica: *Edificia* vix hoc nomine digna, curta *supellex*, *cibus* & *potus* agrestis, communis *cura* agrorum & pecudum, simul tamen *vita laboriosa*, *frugalis*, *casta*, & quantum in paganos homines i. e. veri Dei cultu privatos, cadere potest, *honestæ*. Conf. quæ dixi ad *Monzamb. cap. 7. §. 2. potissimum lit. m.* Et libertati dediti liberiore aura utebantur, non ferentes se mœnibus includi. Nec mœnibus habent opus, qui omnes ad bellicas artes educati, præter eqvum & bovem aratorem ac pecudes, pretiosi nihil aut parum possident.

§. 8. Etsi igitur Germani illo tempore destituerentur peritia ædificandi, etsi valde venationi essent sediti, non tamen alia propinquior causa neglectarum urbium accensenda est quam simplex & innocens vitæ genus. Et in hoc statu dicuntur mansisse, ad *seculum* a Christo nato *quintum* in Germania trans Rhenana; imo ad *seculum* usque *nonum* unius tantum aut alterius apud Venedos urbis mentio fit. Etsi mature urbes extiterint in partibus cis-Rhenanis Romanorum ditioni quondam subjectis, uti & in tractu Danubio atque Alpibus interjecto. Huc pertinent potissimum: Augusta Trevirorum, Moguntiacum, Colonia Agrippinensis, Argentoratum, Spira, Wormacia & Augusta Vindelicorum. Etenim loca Germanorum quo Romanis propiora eo citius Romanæ luxuriæ, ambitionis & avaritiæ contagio affecti sunt. Proximi, inquit Tacitus *Germ. c. 5. n. 6. ob usum commerciorum aurum & argentum in pretio habent, formasque quasdam nostræ pecuniæ agnoscunt atque eligunt: interiores simplicius & antiquius permutatione mercium utuntur.* Et alibi *c. 15. n. 4. Gaudent præcipue finitimarum gentium donis, quæ non modo a singulis sed publice mittuntur: electi equi, magna arma, phalæra torquesque. Jam & pecuniam accipere docuimus.*

§. 9. Ergo quæ primæ urbis in sacris litteris memoratæ origo fuit, *meus* scilicet & *luxus*, eadem & *Urbium Germanicarum origo* fuisse censenda est. Sequamur vestigia Conringii. *Is d. dissert. de Urb. German. th. 78. & dicta sequentem in modum confirmat & præsentem assertionem fulius ita deducit. Priscii Germani nulla opum cupiditate, nullo luxu, rudi tecti vellere & cibo simplice, lacte, caseo, agrestibus pomis, recenti fera contenti, vitam omnem in studiis rei militaris transegerunt. Eoque commodius fuit discretis ac dispersis ædibus habitare, ut fons aliquis, ut campus, ut nemus maximo poterat usui esse, quod ita nihil possent sua desiderare beatitati. Nec peregrina mercatura ergo tunc locus, vitia tantum & obvia petentibus, & nullo opum honore, opificia vero pene omnia exularunt, luxuriæ scilicet & mollis vitæ instrumenta. At postquam vestis elegantior, & lautioribus & domus splendidior, mutatis Romana consuetudine moribus paulatim capit allubescere, crevit necessario artificum copia, & mercatura ad exteros extensa est. Hinc opum cupido & rationes variæ excogita'æ*

gitata facienda nummi, inde tandem non elegans amplius vita sed luxuriosa in pretio. Eadem vero causa priscum quoque habitandi modum non potuit non flectere. Mollior enim vita exigit in proximo plures, qui aut operam praesentent, aut rem subministrant. Idem quietis studium & moenibus iuste oppida cingere, tutum & exiguo quantumvis muro securum adversus magnam etiam latrocinantium hostium vim refugium. Quisvis enim intentis & quieti deditis nihil magis adversum quam semper in armis, vel excubis stare, aut si quiescas, praedonum hostiumque lubrici fortunam omnem exponere.

§. 10. Illud vero notabile, quod idem Conringius observat th. 79. istam animorum mutationem in Germanis fere cum abjecto demonum cultu cepisse. Quod uti concedo, ita ratio, quam ibidem subiungit, quæque etiam Monzambano placuit; c. 3. §. 9. p. m. 187. quasi prisca Germanorum feritas ad lenissimi salvatoris exemplum mitigata nonnihil fuerit, altioris est indaginis & vix verosimilis. Fructus id testantur. Fallumque adeo, quod ibidem continuat Conringius, ac si sanctæ hujus quietis occasione mox ad opum cupidinem & luxuriam prepropero quodam gradu transitum sit. Nunquam sanctissima quiete in prætenso isto Christianismo gavisi sunt Germani. Non poterant eam in animis conversorum excitare convertentes Episcopi, Ministri videlicet, ut in medio & fummos apices jam obtinente Anti-Christianismo (quod uti communiter asserunt nostrates, ita dolendum, quod inconsideratissima præcipitantia conversionum exempla illis temporibus celebratarum, communiter etiam tanti facere soleant) non Servatoris, sed Satanæ, Mundi & Trium Mundi furiarum, Voluptatis, Ambitionis, Avaritiæ. Character Clodovæi, primi Francorum Regis, qui Christiani nomen adsumsit; character Episcoporum a quibus in religione Christiana informatus fuit, & qui ulterius eandem sub imperio ejus propagarunt, occasio Christianismi ab eo suscepti, fabulam sapientia miracula in unctione ejus, & similia undiquaque ostendunt, Gentilissimi nomen tum cum nomine Christianismi fuisse permutatum, mores haud quaquam fuisse mutatos nisi forte in deterius, adeoque & doctrinam Christianam nonnisi mortuam tum fuisse inculcatam. Vide præter alios Lehman-

num *Chron. Spir. lib. 3. c. 2. p. m. 212. seq.* Laborabant igitur vel maxime eo tempore Episcopi, luxuria & opum cupidine, & quæ horum vitiorum comes est, crudelitate, sed pacifica non bellica, i. e. qua non in hostem sed in cives dissentientes forte ac pios, & bellum adorare nolentes, sævitur. Et nihil amplius operata est ista, ad quam ex Gentilismo transferunt Germani, Christiana superstitio, quam quod Germanos a vago belandi genere & latrocinio gentis in gentem revocaverit.

§. 111. Ergo videamus *quid luxuria & aviditas Episcoporum ad extruendas urbes contulerit*, quid itidem luxuria & cupiditas Principum ac populi adjumenti præstiterit, ut adeo constet, ex omnium trium Statuum, Ecclesiastici, Politici, & Oeconomici vitiis, urbium Germanicarum initia esse deducenda. Erant jam, ut monuimus, quædam urbes ex commercio Romanorum extractæ sed raræ & valde neglectæ. Orto Christianismo indecorum videbatur Episcopis ad convertendos populos barbaros à Papa Romano emisissis, in vicis degere inter homines morum simplicium & rusticorum. Erant enim sive in Græcia sive in Italia decoris magis & elegantioribus moribus adsveti. Decorum vero & elegantia, quatenus simplicitati opponuntur, sunt termini Politici duritiem terminorum moralium luxuriæ & ambitionis temperantes, & vitia virtutum quarundam Politicarum pallio involventes. Ergo nobiliores, urbes, ut Coringius ait *d. exerc. th. 38.* Episcopos acceperunt, (ego dicere mallet: Episcopi acceperunt solatium per urbes) adeoque ædibus sacris & monasteriorum claustris passim ornatae sunt. Regnabat autem in ædibus sacris a Constantini tempore luxuria maxima, in tantum, ut Principes pessimi & flagitiosissimi, (quos inter, ut vel ex Panegyrico Eusebii patet, Constantinus & ordine & merito primas ducit, cum, ut alibi defendimus, Julianus Apostata, at quam invisum nomen, Constantino fuerit virtuosior,) Magnorum, Piorum & similia cognomina a Clero acciperent, si modo auro, argento, atque gemmis ornarent istas ædes sacras. Igitur non poterat non cum ædibus sacris Pseudo Christianis *luxuria* in Germaniæ urbes a Clero introduci. Introducebatur & *avaritia*, hoc est

frau-

fraudes piæ Clericales ad disponendos Laicos, quo in causas i. e. in ventres Clericorum & potentiam, potissimam patrimonii partem variis prætextibus & modis impenderent. Id vero venenum uti se mox & in vicos diffundebat, ita splendorem maxime conciliabat urbibus, & multos ex vicis in urbes alliciebat.

§. 12. Pastorum suorum ad exemplum facile se componebant Oviculæ id est *Principes Germani & populus*, sive jugum Christianismi esse credentes, si omiſſa illa sobrietate, vigilantia & castitate Germaniæ, & quoad modum vivendi & quoad religionem, Paganæ, acceptarent Urbanam illam & facetam Urbicorum suorum Episcoporum ac Germaniæ civilis & titulo Christianæ superbientis lubricitatem, commoditatem atque abundantiam. *His ergo cum & Populus*, sunt iterum verba Conringii d. l. th. 79. *& Principes se dederent, pari studio Urbibus extruendis insudarum; quod nec Principibus liceret splendide vivere, nisi Urbium oppidorumque auxilio, nec Populo facile sit aliter secure quæstum facere.*

§. 13. Et numerum quidem urbium, sic pergit Conringius th. 80. (cujus verba lubenter effero, ut autoritate Viri aliquatenus asperitatem doctrinæ meæ temperem) *auxit indubie ingens Principum per Germaniam numerus, pene cum Regia potestate post atritam Caesarum majestatem suis imperantium; fere singulis familiis sibi Urbes struentibus, accenso emulationis studio, & cupidine quadam mollioris vitæ & simul Regii fastus. Nec vero structæ tantam sunt a Principibus urbes, sed ad eas inhabitandas multis propositis immunitatibus invitatus undique etiam est populus. Unde Plebi facta per varia opificia & mercaturam ad opes perveniendi haud adeo difficili via, & ipsa relicto aratro in Urbes immenso numero commigravit. Quæ res agris quidem solitudinem pene induxit; Ut tamen & hoc ipso non minus quam agrestium supersticum lucro haud parum accesserit, hisce scilicet paucis in plurium rura succedentibus.*

§. 14. Scilicet & commercia & nimis variantia opificia fructus viriorum sunt. Nulla regio tam misera, si modo habitabilis sit, quæ fructibus proprii soli non sustentare queat incolas. Non omnis quidem fert omnia tellus, sed nec omnibus opus habet natu-

natura hominis, ut quæ paucis contenta est. Cupiditas rerum
superfluarum & noxiarum, commerciorum mater est, & Genti-
lissimum adeo sapit, quod *commercia dicuntur esse Juris Gentium*
l. 5. ff. d. 7. §. 7. scilicet illius Juris gentium, quod naturalis
ratio inter homines constituit, & ex quo pariter profuxerit,
ut parentibus & patriæ pareamus. *l. 1. §. 4. l. 2. l. 9. ff. eod.*
quo tamen nihil absurdius. Non aliter Juris Gentium sunt
commercia, quam quatenus Jus Gentium denotat mores
humani generis corruptos & ex dictamine corruptæ ra-
tionis ortos. Ita & rixæ, crapulæ, scortationes sunt Juris Gen-
tium & omnes licentiæ bellicæ de quibus Grotius fufius ali-
quot capitibus agit in *lib. 3. de J. B. & P.* At turpe est, inquit,
Jctum sine lege loqui. Loquar, & proinde loquar, ut vos af-
ficti estis, legum verbis in alienum sensum tortis, nisi quod
hic torqueam ego in sensum veritatis. *Jus gentium est jus quo*
gentes humana utuntur, quod a ratione naturali recedere facile intel-
ligere licet. Ex hoc jure gentium introducta bella, discreta gentes, regna
condita, Domina distincta, agris termini positi, adificia collocata, com-
mercium: emtiones venditiones &c. instituta d. l. i. §. 4. & l. 5. d. 1. Forte
tamen magis irritavi hac legis istius expositione crabrones, forte
hæreseos nescio cujus, absurdæ tamen aut periculose aut utrius-
que me accusabunt, qui cognoscent, in eandem Juris Gentium
classem, in quo commercia conjeci, etiam a me conjici & adeo
parem me de iisdem ferre sententiam, quæ conjunguntur com-
merciis in dicta *l. 5.* sed ista quidem dubia resolventur in cathe-
dra. Jam ad commercia rursus. Doleo paganissimum Jctorum
& Politicorum, utinam non etiam subinde quorundam Theo-
logorum Christianorum & Evangelicorum, qui cum alia ratio
deficit impugnandi consilia sana, vera, pia, morum emenda-
tionem intendentia, isto clypeo tuentur vitia, commerciorum
progressum vel augmenta ejusmodi consiliis impediri, & sic
turbari genuinam Reip. utilitatem, cum commercia sint Jure
Gentium seu naturali præcepta. Mihi sic videtur, & quid di-
co, videtur? Ita est, & non aliter. Incrementa commercio-
rum sunt decremента virtutum & Christianismi. Incremen-
ta commerciorum non possunt subsistere sine incrementis
luxus

luxus, superbiz, avaritiz, hz̄c vero incrementa ejiciunt sobrietatem, castitatem, humilitatem & parsimoniam e republica. Caveant ergo principes a talibus --- Sed quorsum rapior? Quasi scribantur dissertationes ejusmodi in gratiam principum, non in usum saltem scholasticum.

§. 15. Redeamus ad Conringium. Is discursum de origine urbium Germanicarum sic continuat *ib.*, 81. *Auxit vero hoc plebis studium indubie innumera libertorum copia, quz̄ post annum Christi nonagesimum succrevit omnibus pene Serois per universam Germaniam ex pietatis fervore emancipatis. Quibus cum proprii agri nihil, adeoque ruri quidem non nisi durissimo servitio victus poterat parari, cum in urbibus per officia aliaque ministeria facilius esset vite toleranda ratio, quin & ad divitias pateret aditus, plerique illorum agris relictis urbes incolere coperunt. Unde urbibus magna accessit incolarum frequentia. Nec tamen Lehmanni sententiam lib. 2. c. 19. facimus nostram, quasi olim nulli ingenui vel mercatura se dederint, vel officiis. Præterquam enim, quod id ipsum nullo argumento, nullo testimonio hic probet, cui fiet verosimile etiam pauperes ingenuos nulli tunc operam suam locasse, aut honesta ratione fecisse questum. Sed nec hz̄c Conringii verba absque observatione videntur esse dimittenda.*

§. 16. Dicit: *omnes pene servos per universam Germaniam pietatis fervore fuisse emancipatos. Communis persuasio, & a JCtis ad Jus Romanum, dum de usu Juris Romani in Germania, quoad doctrinam de servitute agunt, fere unanimiter notata, Servitutem in Germania omnem esse abrogatam: quod præsupponit, certe præsupponere debet, Servitutem olim in Germania obtinuisse, & talem quidem, qualis apud Romanos fuit, postea vero lege aliqua vel moribus eam fuisse deletam. Utrumque falsum. Servi enim, quatenus servitus est Juris Gentium, h. e. quatenus abstrahimus a Jure Romano, sunt omnes, qui habent Dominum, & Liberi sunt, qui Domino carent. Conditio Servorum pro diversitate & populorum & etiam aliquando temporum (prout vel ex jure Romano constat,) varians, non tollit, aut ponit servitutem, unde regula juris Civilis est, non juris Gentium: quicquid Servus acquirit, acquirit Domino, aut quod Dominus jus vitæ & necis in Servum habeat, quod nuptias non contrahat &c. Modi*

C

con-

constituendi Servum Jure Gentium sunt captivitas aut nativitas. Per venditionem enim utrum constituatur servitus nec ne, pro moribus diversis populorum variatum est. Quod igitur de Servis Germanorum & usu servitutis hodierno in Germania tam male coherentes deprehendantur opiniones, ex eo provenit, quod jus Gentium a jure Romano non fuerit accurata secretum, quod suppositum fuerit, ac si jus Romanum aliquando in universum in Germania fuerit receptum, & quod Jcti & alii viri celeberrimi studium antiquitatum Romanarum prætulere studio antiquitatum Germanicarum, atque antiquitates Germanicas, ac si ad indigandum usum modernum juris in Germania parum utiles essent, & sibi & aliis persvaserint. Vide Speidel. *Specul. voce Leibzeigen*. Lehman. *Chron. Spir. lib. 2. c. 19. 20*, Gryphiandr. *de Weichbild. Saxonis c. 24*. Hachenberg. *German. med. Dissert. 2. Illustr. Dn. Ordin. in usu modern. Pand. ad tit. de Statu homin. Voët. comment. ad instit. de jure Personarum*, Gudelin. *de jure noviss. lib. 1. c. 3. 4. 5.* & alios passim. Tentabimus an breviter, vel ex ipsis, quos adduximus, autoribus rem in ordinem redigere valeamus.

§. 17. Quamdiu Germani bella gesserunt, gesserunt vero ab antiquissimis temporibus, tamdiu & more aliarum gentium captos & ex his natos pro Servis habuerunt. Quinimo jam tempore Taciti voluntaria venditio in servitutem apud ipsos fuit recepta. Sed tam superbe jus Domini non exercuerunt, ut Romani. Diserte Tacitus; *de mor. Germ. c. 20. n. 3. Dominum ac Servum nullis educationis deliciis dignoscas. Inter eadem pecora, in eadem humo degunt, donec aetas separet ingenuos, virtus agnoscat. Et mox c. 24. n. 3. 4. & c. 25. Aleam, quod mirere, sobrii inter seris exercent, tanta lucrandi perdendique temeritate, ut cum omnia defecerunt, extremo & novissimo jactu de libertate & de corpore contendunt. Victus voluntariam servitutem adit, quamvis junior, quamvis robustior, alligari se ac venire patitur. Ea est in re prava pervicacia, ipsi talem vocant, Servos conditionis hujus per commercia tradunt, ut se quoque pudore victoria exsolvant. Cæteris Servis non in nostrum morem descriptis per familiam ministeriis utuntur, suam quisque sedem, suos penates regit. Frumenti modum Dominus aut pecorū, aut vestis, ut colono injungit, & Servus balneus parat, cætera Domus officia uxor ac liberi exequuntur.*

exsequuntur. Verberare Servum, & vinculis ac opere coërcere, rarum occidere solent, non disciplina & severitate, sed impetu & ira, nisi quod impune. Liberti non multum supra Servos sunt, raro aliquod momentum in domo, nunquam in civitate, exceptis dumtaxat iis gentibus, quæ regnantur. Ibi enim & super ingenuos & super nobiles ascendunt, apud ceteros impares libertini libertatis argumentum sunt. Fuerunt ergo Servi Germanorum veri Servi *Veisbeigne* & libertini parum eminuerunt Servos. Notandum tamen, in Tacito circa mores Germanorum id esse observandum: Antiquiorem scriptorem de moribus Germanorum non habemus. Quæ scripsit, bona fide videtur scripsisse. Sed interiora Germaniæ non cognovit ipse, vel parum. Multa igitur ex auditu alieno habuit, ex relatione videlicet captivorum Germanorum. Sæpe ex finitimis ac exterioribus & contagio Romanorum morum jam maculatis iudicavit de interioribus. Aliquando & ex captorum Germanorum moribus iudicavit de tota regione. Ubique fere præ oculis habet mores Italorum suorum, & comparative ad istos est intelligendus, etiam cum absolute de Germanorum moribus videtur loqui. Unde & nonnunquam terminis Romanis offert mores Germanorum ad hos non satis adæquatis, sed sæpe latioribus, sæpe angustioribus. Singula exemplis demonstrare huius loci non est. Feci id in lectionibus privatis. Cæterum istas observationes qui neglexerit, (& neglexerunt fere quotquot evolvi Commentatores ac Scriptores,) is vix centesimam partem libelli istius intelliget, aut recte interpretabitur. Ergo ut ad rem præsentem veniam: Etsi Tacitus quatuor genera hominum apud Germanos hic memoret: *Libertos, Servos, Ingenuos, Nobiles*, atque hac in re eum etiam secutus sit Hachenbergius *d. l. p. 27.* non possum tamen nisi tria agnoscere, *Ingenuos, Servos, Libertinos*. Ex more gentis suæ locutus est Tacitus, dum nobiles separavit ab ingenuis, cum apud Germanos tum temporis nulla nobilitas sanguine propagaretur, aut nomen dignitatis esset, sed omnes ingenui ad virtutem bellicam, quæ tum nobilitabat, tenderent, adeoque omnes Frilingi seu ingenui hoc respectu essent Adelingi, dignitates autem in Ducatu & Comitatu officario confitebant, Quodsi urgere velis, tamen inter ingenuos fuisse, qui

antecesserint fortitudine reliquos, inde tamen non sequeretur,
 politice *Nobilium* nomine venisse, sed grammatice *nobiles* abs-
 que dignitate politica dici poterant. Nulla enim ejusmodi nobi-
 lium prerogativa in usurpatione peculiarium jurium præ reli-
 quis ingenuis. Unde & ipse Hachenbergius *d. Diss. 2. §. 12. p. 36.*
 fateri cogitur. Liberos seu ingenuos fortuna Nobilibus fere ex-
 æquatos fuisse, nam & in municipiis pariter habitasse, & ad belli
 honores & Reip. munia post illos venisse &c. Adde omnino
 Pufend. *de J. N. & G. lib. 3. §. 28. seq.* ubi ostendit & apud ipsos
 Romanos olim nullam differentiam fuisse inter Nobiles seu Pa-
 tricios & ingenuos, historiamque mutatæ postea Nobilitatis
 succincte exponit. Non obstat locus Nithardi *lib. 4. Hist. Franco-*
rum ap. eund. Hachenb. p. 27. Gens Saxonum omnis in tribus ordi-
nibus divisa consistit: Sunt enim inter illos Edlingi; sunt, qui Frilingi;
sunt qui Lazzi illorum lingua dicuntur: Latina vero Lingva hoc sunt:
Nobiles, Ingenui & Serviles. Sed hic nihil rectum, nisi quod tres
 sint ordines. Falsum est (1) quod Edlingi & Frilingi diversi fue-
 rint ordines; Falsum, (2) quod Lazzi sint latine Servi. Falsum,
 (3) quod Liberti omisi aut potius Servi, seu Lidi, Leute / cum
 Lazzos non recte reddiderit per Servos. At vero, ais, is scriptor
 tamen fide dignus est. Bene, sed non satis peritus. Ipse Hachen-
 bergius notat, quod male omiserit Libertos; Ipse Hachenber-
 gius notat, quod Servi manumissi, Liberti, in antiquis Legibus
 nomine Lazzorum & Frilazzorum (*der Freygelassenen*) veniant.
 Ergo & errare potuit in separatione Frilingorum seu Ingenuo-
 rum ab Adelingis seu Nobilibus. Minimum Adelingi a Frilin-
 gis non fuerunt separati in Liberis Germanorum populis, sed
 penes eas gentes, quæ, ut Tacitus loquitur, regnantur, aut in
 ætate media sub Regibus Francorum & postquam Duces & Co-
 mites non solum adversus Regem, sed & adversus reliquos in-
 genuos dignitates suas firmare annisi sunt, ut forte eorum aut
 Regis etiam liberi nomine Adelingorum in specie venerint.

§. 18. Servos autem, quod attinet, ex dictis constat aut
 falsum esse, aut durius certe locutum esse Lehmannum *lib. 2.*
Chron. Spir. c. 20. cum dicit: *originem servitutis apud Germanos refe-*
rendam esse ad tempora seculi 5. sub Clodovæo, aut ad tempora
Germaniæ Christianæ. Si enim dixisset, Servitutem tum summissè
incre-

incrementa, forte id tolerari posset. Meretur alias id caput, ut legatur integrum, multum conducens ad intelligenda adhuc dum hodierna onera rusticorum. Durior enim & ad Romanos Servos propius accedens tum facta fuit Servorum conditio &, ut ipse Lehmannus notat, ad imitationem Romanorum. Haud dubie enim Episcopi Clodovæum convertentes annisi sunt, ut jura Romana & Italica etiam in Germaniam introducerent. Latius ista augmenta memorat Lehmannus, & ex capitularibus Legum antiquarum probat, ex quo tamen etiam id videre licet, durioram illam Servitutem non omnino factam fuisse Romanam, sed varia adhuc ex antiqua Germania retinuisse. Non incommode adeo ad differentiam illius antiquioris & succedentis durioris servitutis possent adduci, quæ memorat vir pius, eruditus ac meliori fama dignus Sebastianus Franck in der Kayser. Chronick fol. 241. a princ. Leibeigen seyn / heist gleichwohl eigene Güter haben / aber seinen Leib nicht dörrffen verrucken unter andere Herrschafft / ohne seines Herrn Vergunst und Willen. Knecht aber / welche die Wallachen Sclaven nennen / sind mit Leib / Weib und Kind / Haab und Gut ihres Herrn. Unde & initium sumsisse viderur illud Germanicum: Er ist mein / ich mag ihn sieden oder braten. Introduxit etiam Christianismus & mutata Reipublicæ forma sub Regibus Francorum triplex Genus Servorum. Cum enim antea saltem essent Servi privatorum singulorum, in media Germaniæ ætate factæ fuerunt tres classes, Fiscaliorum, seu Fiscalium, Servorum Ecclesiasticorum & mancipiorum privatorum; Königsleute / Gotteshaus und Klosterleute / und Leute schlecht weg. Hachenberg. d. l. th. 20. p. 44.

§. 19. Non enim putandum est, acsi Episcopi susulerint aut tollere pervaserint Servitutem in Germania. Quia potius id ex aductis a Lehmanno d. c. 19. & 20. constat, Bonifacium Episcopum Moguntiacum aliosque inculcasse secundum doctrinam Ecclesiæ Romanæ; Quisquis erga templa & Clericos liberalitatē exerceat, eum hoc merito sibi comparare Regnum Cælorum: Unde & in Formula quadam donationis tale est initium: *Humano genere peccatorum maculis sauciato atque ob culpam inobedientia a Paradisi gaudiis dejecto inter cætera curationum medicamenta, etiam & hoc Deus mundo remedium contulit, ut propriis divitiis homines suas animas ab inferni*

inferni Tartaris redimere potuissent, sicut per Salomonem dicitur: Redemptio animae viri propria divitiis opus. Hinc & per semetipsam divina clementia in Evangelio hortatur, dicens: Date, & dabitur vobis, & iterum: Date elemosynam, & omnia munda sunt vobis. His atque aliis scripturarum ammonitionibus ego Wolphugi compunctus, trado, atque transfundo ad cœnobium S. Galli &c. Sed & novum augmentum servitutis potissimum Clero adscribendum. Sic enim Lehmannus: Die fünffte Beschweris / daß der Leibeigenen Behausungen / Ecken und Obs / oder Weingarten / mit sonderbaren jährlichen Geldo oder andern Zinsen beschweret worden / nemlich / daß sie eine gewisse Anzahl Wein / Hanen und Hüner / Gänse / Obs / Del / Wachs / Fische und anders zu Zins ihrer Herrschafft gereicht. Solche Bürden haben fürnemlich die Geisliche ihren Leibeigenen nebst andern Beschwerden aufgeladen / und so streng darob gehalten / daß sie derjenigen Haab und Güter / so ihre Leibeigenschaft mit Geld abgekauft und gefreyet worden / von solchen Zinsen nicht quit und frey gegeben. Unde Vadianus de colleg. & monast. German. fol. 75. & 78. Oneribus plane servilibus etiam liberti maxime Ecclesiastici distringuntur. Nam & vestes auferuntur ex humanis excedentibus, & pecus abigitur, nisi sint, qui aliis modis Dominum patronumve devinciant; Sepiuscule enim pecunia transigitur. Civiles Domini Episcopos & monachos benignitate vicerunt. Cum contra hos vel uno religionis nomine admonitos, ne oblatam sibi hanc insam servitutis miseriam, tam dure tractare decuisset, si modo veram magis quam simulatam religionem profiteri voluissent.

§. 20. Scilicet, ut Pharisæi populo jura intolerabilia imponebant, ipsi vero ea non attingebant, ita & Clerus Romanus illo tempore in Germania rigidior erat Laicis erga Servos & Libertos, & tamen inculcabat istis, quasi bonum opus esset, & salutis æternæ meritum Servos manumittere. Gregorius M. Papa, referente eod. Lehmanno in manumissione duorum Servorum Ecclesiasticorum ita præfatur. Cum Redemptor noster totius conditor nature ad hoc propitiatus humanam carnem voluit assumere, ut divinitatis sue gratia, disrupto, quo tenebamur captivi, vinculo servitutis pristinae nos libertati restituere, salubriter agitur, si homines, quos ab initia natura liberos procreavit, & jus gentium jugo substituit servitutis,
in ea

*in ea natura, qua nati fuerunt, manumittentis beneficio libertati red-
dantur. In Germania manumittentes in manumissionis for-
mulis saepe adhibebant illa verba: Pro remedio animae & pro eter-
na retributione. Imo in ipsis legibus ejus superstitionis injicitur
mentio. Nam in lege Ripuaria inter alia dicitur, Hoc etiam jube-
mus, ut qualiscunque Francus Ripuarius Servum suum pro anima sua
remedio liberare voluerit &c.*

§. 21. Ergo uti haecenus ostensum, per introductionem
Religionis Christianae in Germaniam non fuisse introductam,
sed saltem auctam servitutem, ita nequaquam sententiae extre-
mum alterum assumendum, ac si *ob Christianam religionem servi-
tus in Germania fuerit sublata*. Neque recta ratio, neque praecpta
Christianismi volunt indistincte Servos manumitti. Nam belli
justitia evicta, ratione juris naturalis non desituitur, si eum
quem impune occidere poteram, quique saepe me laeserat, ut im-
posterum ab eo, eo melius mihi sit cautum, in servitio meo sub
perpetua inspectione & Imperio meo detineam. Neque iniquum
est, eos, qui ab illis nati sunt, & qui non nisi a me habent, unde
vivere possint, in servitio moderato detinere. Neque tollit Chri-
stianismus differentem Statum inter Dominum & Servum, neque
distinctionem facit inter Servos ex contractu, & ex captivitate
aut nativitate. Rigorem saltem vitandum utrobique esse, & mi-
nas remittendas, ac charitatem Christianam exercendam ju-
bentur Domini *Ephes. VI*. Per inconsideratam manumissionem
damnum valde incurrere potest Respublica, cui damno obviam
ire intenderunt apud Romanos Leges *Ælia Sentia & Fufia Ca-
ninia*. Quod non intelligentes compilatores Institutionum,
plusquam puerili philosophandi rationi turpissime se dederunt
in §. 7. quib. *ex caus. manum. non licet. & t. t. de Lege Fuf. Can. toll.* ut
jam a plurimis notatum. Et Charitas Christiana imprudens fo-
ret, Servum immorigerum, stupidum, aut qui libertatis licentia
verisimiliter deterior futurus esset, premio manumissionis affi-
cere velle. Non tamen dubium, quin eo tempore in Germania
ex intempestivae superstitionis fervore, (quem haud dubie sub
pietatis fervore intellexit Conringius supra §. 15.) non quidem
omnes pene Servi, ut idem catachrestice loquitur, sed multi (ut
fere

fere Romæ ante præfatas leges duas,) manumitterentur, partim quia homines perſuadebantur a Clero, ſe hoc pacto poſſe cœlum mereri, partim quod manumifſione illa non multum perderent Domini, cum liberti, ut ex dictis §. 19. juncto §. 17. conſtat, non multum differentes fuerint a Seruis. *Adde Hachenbergium d. Diſſert. 2. th. 28.*

§. 22. Igitur quamvis Bodinus, Arnifæus, Heigius, aliiq; firmiter ſtatuant, a temporibus *Fridericæ II. & circa annum circiter 1250. omnem ſervitutem inter Chriſtianos, adeoq; & Germanos eſſe deſiſſe; id tamen aperte falſum eſt. Nam fœderis formulæ de anno 1250. apud Simler. lib. 1. de Helvet. inter alia meminit: Si Dominus Servum inter nos habuerit, is ſerviat ei ea conſuetudine, quæ antea Regis tempore in uſu fuit.* Ita Otto Brunſvicenſis omnes & ſingulos cives Brunſvicenſes manumifit anno 1314. *Knich. in Encycl. cap. 1. fol. 8.* Ita anno 1356. Comites Hoſenſes civibus quibusdam Bremenſibus quæſtionem Status moverunt, eos in ſervitutem vindicatori. *Dilich. in Chron. Bremenſ. f. 107.* In *Hiſtor. Archi-Epiſc. Bremenſ. ad annum 1483.* dicitur, quod ex civibus Hamburgeniſibus quidam ſervilis conditionis fuerint. Heigii vero ſententia, quaſi tempore Epkonis Repkovii Compilatoris Speculi Saxonici, Servitus in Saxonia ſublata fuerit, diſerte ex *art. 42. lib. 3. Land Recht* refutatur, cum ibi dicatur: Servitutem in hunc uſque diem durare cernimus. Vide *Gryphiandr. de Weichbiſd. Saxon. c. 24. n. 25. ſeq. p. 86. ſeq.* Et tamen Jcti noſtrates etiam unanimiter contrarium docere audent? Ita videlicet confuſio Juris Gentium ac Juris Romani, ita cœcus amor juris hujus, ita plusquam ſervilis adoratio Gloſſatorum Italorum, occæcavit ingenia noſtra ſervilia, ut quamvis ipſosmet nos adulatione hac indigniſſima in Servorum conditionem detrudamus, quamvis in media Germania Servos hinc inde frequentiſſime eſſe videamus & palpemus, eſſi vel controverſia noſtris temporibus de jure Wildfangiatus mota torpore noſtrum excutere, & naſum ingenii noſtri odore ſervitutis hodiernæ violentiori modo excitare debuifſet; tamen in libellis noſtris docemus: Servitutem hodie in toto Chriſtiano orbe eſſe ſublata. Cur vero? Quis negaret, cum Divus Bartolus, at quantum Juris prudentiæ lumen! *ad l. hoſtes de capti-*

captivis & postlim. revers. scripserit, sua ætate, floruit autem circa
Annum 1300. nullos omnino servos extitisse.

§. 23. Ergo uti dato uno absurdo sequuntur plura: quæ-
stum fuit, & adhuc hodie in Cathedris juridicis quæritur: *an*
homines proprii die Leibeigenen in Deutschland / sint servi? Quod
idem est ac si quærerem: An Ensis, ein Degen, sit Gladius, cum
æque servus, homo proprius und ein Leibeigner in significatu
juris Gentium sint synonyma. Et tamen negatur quæstio, &
juventus torquetur, ut exacte notet, differentiam inter
homines proprios Germanorum, & homines proprios Roma-
norum, qui soli, quia ita Docentibus placuit, servorum nomi-
ne digni sunt. Haurit ista juvenus incauta tanquam oracula, &
cum audiat, homines proprios Germanorum quoad statum
esse liberos, sibi facile imaginatur, *quasi conditio nostrorum rustico-
rum longe melior sit conditio servorum Romanorum*; cum audiat,
Jus Romanum adhuc usum habere in Turcis e bello captis, le-
ges Justinianeas, præprimis his temporibus, ubi aliquot exem-
pla Turcarum captorum prostant, etiam in iis materiis venera-
tur, quæ alias steriles communiter habentur; cum tamen anti-
quitate Romanarum gnarus, & rerum nostrarum non incurio-
sus, facile videat, multos servos apud Romanos antiquos condi-
tionem habuisse ministris Principum Germaniæ, (scio quæ scribā,
etsi tu forte rideas stultitiā comparationis meæ,) præprimis non
adeo potentum, parum ab similem, rusticorum vero nostrorum
plurimos deterioris esse conditionis canib⁹, & in medio tamen &
florentissimo quem jaectamus Christianismo, denique ut alibi *in*
quæst. Historico-Polico-Jurid. a me distinctius ostensum, argumen-
tationem a servis Romanis ad Turcas captos parum distare ab argumen-
to, quod a baculo dicitur ad Angulum. Quæ cogitanti, subit, non a-
liam videri informationem vulgarem studiosorum juris in Aca-
demijs Germaniæ, ac si quis pervaderet puellis in usum Oeco-
nomicum educandis, se non posse melius præcepta Oeconomi-
ca aliquando usui futura discere, quam diligenti scrutatione &
observatione ex fenestris eorum, quæ quotidie extra domum in
platea geruntur, neque eos deterri debere, quominus caput
extra fenestram exerant, etsi tempus sit valde pluvium, aut frigi-
dior aura spiret.

D

§. 24

§. 24. Porro nil magis consuetum, quam ut homines entia rationis sibi aliquid esse reale persuadentes, in causas earum inquirent, & de iis anxie disputent. Quas disputationes v. g. non pepererunt spectra & prodigia, quorum pleraq; tamen effinxit vel humana astutia vel ignorantia. Sic & JCi admissio semel absurdo illo, acsi servitus in Germania fuerit sublata, disputare inceperunt, *quam sit causa mutationis hujus*. Alii dicunt, quod per Christianismum differentia omnis inter conditiones hominum sublata sit, quia apud Deum nihil interfit, mas sit an femina, liber an servus; Alii, quia servitus æquitati & charitati Christianæ adversetur, ut in bene constituta Rep. non sit toleranda; alii denique, quod vel ex principiis juris Romani capti in bello civili non fiant servi, & vero inter Christianos esse bellum civile tanquam inter cives & contribules ejusdem Reip. Christianæ, in qua eundem Deum colamus, licet diversis sententiis & diverso modo. Nos, uti scimus, non entis nullas esse causas, ita & aliunde facile istarum rationum insufficientiam ostendere possumus. Priores duas refutant dicta §. 21. & easdem rejicit, qui omnes tres adduxit, Paulus Voëtius, *ad. Instit. de Jure Personarum p. 108. seq.* Tertiam vero & ipsam falsam certe inconvenientem esse, etsi eidem accedat Voëtius, ex variis rationibus ostendi potest. Si enim censetur, bellum civile esse inter Christianos, debebant utique JCi & Theologi se jungere & ostendere, injuste semper facere Reges Christianos qui bella inter se gerunt, etiamsi alterius injuria irretiti sint, cum potius vindictam Christi tanquam capitis debebant expectare, uti injuste semper faciunt cives qui, ob injuriam illatam, ipsi jura sua vi armata vindicant, non expectata vindicta Principis sui. Si bellum civile est inter Christianos, si Christiani etiam diversarum sententiarum inter se sunt sub una Republica, cur JCi Christiani hætenus tacuerunt, quod plerique Theologi inter nos fratres istam hypothesin tantis motibus oppugnaverunt, negantes unionem diverse sentientium, & Principes ad violentiam quamcunque adversus viros pacificos diversarum sententiarum excitantes. Alia ut jam taceam,

§. 25. Sunt ergo *adhuc servi in Germania* aequæ ac apud omnes

omnes alios populos, etsi non sint nec fuerint unquam *servi Romani*, neque enim debebant esse. Quinam vero isti? Non solum temporarii, famuli nempe & ancillæ, qui moribus gentium dicuntur servi mercenarii, sed & *perpetui & a natiuitate tales*, rustici. Non diffiteor: in multis Germaniæ locis hodiernorum rusticorum conditionem esse meliorem, atque est in aliis, ubi adhuc antiquior servitutis ratio habetur. Vide *Speidel. & Voet. dd. ll.* & in urbibus potestatem dominorum erga famulos adhuc magis esse restrictam: Sed modus non variat rem. Manent servi, qui habent Dominum, & sunt in potestate Dominica, etsi effectus Dominicæ potestatis secundum leges varient. *Adde. arg. §. 2. Inst. de his qui sui vel al. jur. sunt. Exod. XXI. Levit. XXV. Deut. XV.* Etsi igitur Famuli nostri non sint proprii homines, pro talibus tamen in multis Germaniæ locis habendi rustici: Reliqui, ut in his & vicinis regionibus, vocantur quidem *subditi*: sed præterquam quod & *subditi sint servi*, non quidem propriissime, sed tamen nec improprie sed analogice tales, (quia videlicet Principes Politicæ magis Domini sunt, quam Patres, etsi Rhetorica mendax ultimo nomine magis iis blandiatur, insuper & rustici illi melioris conditionis sunt, subditi conditionis deterioris, Dominorum videlicet suorum subditi, & plus, si quis exacte velit rem expendere participant de oneribus servorum, quam de favore subditorum.

§. 26. Sed tamen non habemus amplius servos bello captos? Etenim pacto publico vel expresso vel tacito instigante Christiana æquitate, inquit iterum post multos Voetius *d. l. p. 109. constitutum, vel etiam receptum est, ut in bello capti accepto lytro seu redemptionis pretio, vel etiam instituta captorum utrinque permutatione liberentur. Quasi vero non apud omnes populos in victoris arbitrio fuerit, utrum captos in servitute detinere, utrum pro pretio dimittere aut permutare velit. Quasi aliquod pactum expressum posset ostendi. Quasi pactum illud tacitum ex Christiana æquitate, non sit aperte ens rationis. Ast inquis, quid opus est verbis, ubi rerum testimonia adsunt? An per integrum seculum & ultra per captivitatem inter Christianos servi constituti sunt? Et ergo vel per desuetudinem servitutis illa species in Germania fuit ab-*

D 2

rogata,

rogata. Ego vero nego, consuetudinem unquam inter gentes jus facere, aut, vel ex principiis Juris tyronibus notis, jus facere posse. Quicquid Germani hac parte fecerunt, aut alii populi Europæi, jure libertatis fecerunt, non ex necessitate juris. Si licet Gentibus Europæis bello captos trucidare, uti sub initium motuum Belgicorum inter Hispanos & Belgas ex utraque parte factum esse refert ipse Voetius *d. l.* cur non multo magis liceret bello captos in servitute detinere. Quis & quo jure vellet impedire, quo minus Fœderati Gallis, ut Gallus Fœderatis post captivitatem ad servitia uteretur? Verum non omnia expediunt quæ licent. Utilitas igitur & Status nostri ratio in causâ est, cur id non fiat. Possent, si opus foret, vel ex centum circumstantiis id ostendere. Sed sufficient jam quidem saltem duæ, una domestica, altera publica. Didicerunt Europææ gentes ex historia Romana, quam periculosum sit populis, ubi sexus seqvior vel nimia libertate gaudet vel nimia custodia premitur, servos bello captos domi alere. Timent facillimam ejusmodi servorum fugam, & vident impossibilitatem moralem eos retinendi, si nolint. Ergo maluerunt pecuniam vel æquivalens accipere pro bono quod nescias, utrum majores curas tibi pariat si retineas, quam ne amittas.

§. 27. Redeo ad Conringium. Negabat is supra §. 16. adversus Lehmannum, quod Urbes Germanorum primitus saltem a libertis fuerint inhabitatæ, putabatque nullo argumento & nullo testimonio probari posse, quod nulli ingenui vel mercaturæ se dederint vel opificiis in urbibus, neque adeo verisimile esse, quod pauperes, præprimis ingenui nulli operas suas locaverint aut honesta ratione questum fecerint. Et fatendum est, si Lehmannum ipsum evolves, non videri, eum hac parte sibi constare ubique. Modo enim ita differit in *cap. 19.* Nobiles sive Edlingos, sive Ingenuos sive Frilingos (hæc enim nomina & ipse synonymice ulurpat, adeoque nobilitatem consentit, cum supra supposuimus, ingenuos & nobiles ap. Germanos olim nihil per parum differre, nisi quod arbitretur, illos in specie quorum parentes etiam nunquam fuerint servi, die ihre Ahnen haben können erzehlen / dictos fuisse Edlingos, quod adeo idem esset, ac si dixisses, pure & perpetuo inge-

ingenuos,) inhabitasse urbes & vicos, sed tamen & Libertos inhabitasse urbes, ibique ut incolae fuisse assumptos: Nobiles & Frilingos, (qui non in Aulicis officiis vixerint,) vitam sustentasse vel artibus bellicis vel ex vinicultura aut agricultura: Opificia & manuales operas suffecisse servis ad sustentandos liberos & uxores, superfluum pertinuisse ad Dominum; Libertos mercaturam exercuisse, fuisseque obligatos, decimas mercaturae dare Clero, non minus atque rusticos decimas frugum, quippe eos fuisse admonitos, ut temporalibus bonis ita utantur, ne decipiant alios, neque obliviscantur bonorum æternorum, sed ut faciliorem viam ad cælum animabus suis divitiis suis per legata & donationes ad pias causas præparent. *Capit. lib. 6. c. 228.* Sed *in cap. 20.* circa finem Lehmannus ita de Urbibus disserit. Ferner ist zu wissen / daß diejenigen / so der Leibeigenschaft und Dienstbarkeit ledig gesprochen / erstlich hierdurch zu dieser Freyheit kommen / daß sie in den Reichs-Städten zu Inwohnern / doch nicht zu Bürgern angenommen worden / dazu keines / der eines andern Herren Leibeigener / gereichen / und der gemeinen Recht der Freyen fähig werden können. Der Verfolg gibt aber zuvermuthen / daß oft die Stadt und Obrigkeiten durch Leibeigene ansehnlich Leute müssen seyn hintergangen worden / als wann sie freye wären / weil man in folgenden Zeiten solchen Betrug mit diesen Mittel begegnet / daß ein jeder / so zu Bürger wollen in Städten auffgenommen werden / mit briefflichen Schein / so man Manns Recht nennet / müssen darthun / daß er niemands eigen Mann sey / oder nachfolgenden Herrn habe.

§. 28. Pro Conringio igitur videtur ex Lehmanno contra ipsum Lehmannum dici posse: Si nobiles & ingenui inhabitant urbes æque ut liberti & servi, quis putet, ingenuos omnes abhorruisse a mercatura aut opificiis, præprimis si a paupertate fuerint pressi? Neque enim *capitulum 228.* a Lehmanno adductum probat, quod soli liberti mercaturam exercuerint, sed expressè mentionem facit *omnium fidelium* qui negotiis aut mercationi-

tionibus rerum invigilant. Sub nomine autem fidelium veniunt haud dubie & ingenui. Posses & in urgere adversus Lehmannum, non probasse eum, cum in c. 20. dixit, Libertos non accepisse jus civitatis in urbibus, sed saltem incolas fuisse, quia nullus servus fuerit admissus ad jus civitatis. Certe ratio hæc parum infert, & potius videtur invertenda: Quia servi saltem leguntur exclusi a jure civitatis, ergo & liberti & ingenui ad id fuere admissi. Sed tamen accuratius rem pensanti mox apparebit, Conringii objectiones adversus Lehmannum non multum roboris habere, sed virum celeberrimum ad eas fuisse inductum falsa illa & toties rejecta hypothesi, acsi olim inter Nobiles & Ingenuos magna fuerit differentia apud Germanos, qua sublata Lehmanni assertio de mercatura & opificiis a solis libertis & servis exercitis facillime probari poterit. Altera vero illa, quod *Liberti non acceperint jus civitatis* forte per distinctionem inter urbes simpliciter dictas, & urbes imperiales seu liberae explicari poterit. Clarius puto res evadet, si exponam, quomodo historiam conditarum in Germania interiore urbium concipiam.

§. 29. Diximus jam antea, quod Episcopi Itali multum causæ extructarum urbium dederint, cum vita rustica parum fuerit apta ad decus Italicum, cui assueti erant. Tractari poterit alio tempore, annon inde orta fuerit controversia: *An ad Civitatis constitutionem requiratur Episcopus?* Fuere enim quidam, qui id assererent, quod de jure Canonico non dicatur civitas, in qua non sit Episcopus, idque docuit Baldus in l. ex hoc jure ff. de just. & jure. Glossa tamen in c. civitas de sent. excomm. in 6to hoc improbat, quia & ante Episcopos fuerunt civitates, ac post Episcoporum institutionem non fuerunt in omnibus Civitatibus positi, sed tantum in magnis & populosis, non in modicis, ne autoritas eorum vilesceret &c. *Vide quos citat Speidel, in Specul. voce Städte.* Sed id quidem jam transeat. Id tamen exinde notamus. Nec modicas urbes placere Episcopis, tantum abest ut vici ipsis arridere potuerint. Et est quasi contradictio in adjecto Episcopus Paganus. Ein Dorff-Superintendent.

§. 30. Ergo Urbes erant condende *seorsu* Episcoporum. Hic vero hominibus opus est magis quam ædificiis. Unde hi fumendi? Rusticus manet rusticus, etiam si in aulam veniat. Neque his & eorum operis carere volebant ingenui. Ipsi ingenui vel officii aulicis & militaribus erant alligati, quod vitæ genus plusquam urbanum est, vel certe adfvetum eo tempore erat parum laboribus aliis, quam militaribus. Præterea etiam tam ingenui quam servi erant homines barbari, ignorantes delicatum illud & decorum vivendi genus Christianissimi Romani. Accersere incolas urbium ex Italia non se probasset Germanis, sed suspectum fuisset haut dubie, partim etiam Itali non videbantur gratis comutare velle dulcem patriam cum gente rustica & nodum urbana. Quod facile comprehendet, qui cogitabit, quantis privilegiis opus fuerit ipsis Romanis, ut cives suos disponerent, vel officia decurionum, vel magistratus etiam in provinciis subactis lubenter suscipere. *Omne refugium ergo situm erat in servis, qui ex Italia oriundi erant,* quorum non paucos fuisse tum temporis in Germania, bella varia Germanorum cum Romanis docent. Suberat & *prætextus pietatis,* quod pium videretur, concives captivitate in servitutem detrusos pia aliqua fraude liberare. Ne vero subodorarentur intentionem illam Germani, persvadebatur universis, ac si bonum opus & vitæ æternæ meritum esset, manumittere servum. Inde formula supra memorata: *pro salute animæ manumittere.* Neque dubium est, multos avaros ex hypocrisis manumissiones celebrasse, cum viderent sibi parum decedere, quia libertorum videlicet, etiam apud ipsos Clericos parum differens erat conditio a servis, (forte instar deditiorum olim apud Romanos,) atque agri eorum ipsis relictis tot onerati erant operis & præstandis, ut misere inde se sustentarent. Sed postquam satis ingens numerus istis hypocriticis manumissionibus a servitutis jugo liberatus erat, qui sufficiens esse videbatur Clero ad usum urbium, jam propius accedebant ad executionem consilii sui. Regi, Ducibus, Comitibus & *universe aule* jam insinuata erat talis religio Christiana, quæ inclinaret ad omnium generis avaritiam & luxum. Adhibebantur hæc ipsa vitia, Potissimum voluptas, ad debellandam feritatem morum
Ger-

Germanorum, & ad eos revocandos a fervore illo belligerandi. Ergo gestiebat aula liberius conversari cum sexu sequiori, cibo vesci & potu frui selecto magis & delicato, nitidioribus uti vestimentis, palatia habere ad elegantiam Italicam extructa, tum suppellectili aurea, argentea, eburnea, mundo muliebri, & infinitis aliis abundare, quæ luxuriam sequuntur. Unde vero ista parare, sine commerciis & opificiis? Volunt tamen commercia & opificia animum laboriosum & vigilantem. Id vero infra dignitatem & supra ignaviam ambitionis & voluptatis aulicæ. Ergo *liberti tanquam ex machina* vocabantur in urbes aut urbium prima seminaria. Summe necessarium & bono isti publico i. e. commerciis & opificiis inserviens, *hospitia & mundina*. Illa, partim ut peregrini, noctu ubi diverterent loca invenirent, partim ut opifices & mercatores fessi laboribus & curis corpus, misso illo crassiore Zytho, subtilioribus vini, & quidem peregrini & Italici, spiritibus refocillarent. Hæc, ut allicerentur venditores rerum ad luxum facientium. Norant multi *liberti Itali* artem, intemperantiæ vina subministrandi hospitibus, i. e. *cauponariam Urbanam*, norant & *mercaturam*. Ergo valde verosimile, peregrinos libertos se potissimum ad ista negotia applicasse, quorum alterum perpetuo *voluptatem* delictiis, alterum *avaritiam* lucro excitaret. Liberti indigenæ sub directione vel liberti Itali mercatoris, vel etiam liberi hominis, ex Italia cum concessione monopolii accersiti, adhibebantur ad *opificia*. Ita agri deserebantur, & sero nimis, intempestive & hypocritice liberales ingenui sentiebant damnum suum, neque tamen poterant revocare libertos, ab aula & clero, tanquam qui publicæ utilitati inservirent, defensos, neque fundati erant, cum onera libertorum erant realia, agris a libertis derelictis inhærentia. Accedebant artes Cleri & libertorum. Illi ostendebant, pro salute animæ negligendum esse istud lucellum amissum cum libertis, utilitatis item publicæ procuracione novum meritum accedere priori manumissioni. Neque adeo magnum damnum eos sentire. Agros semper invenire cultores, sive ergo eos vel pristinis servis addicerent, eos in meliori statu futuros, & ipsis plures operas exhibituros; sive novis homini-
bus

bus eos assignarent, loco amissorum libertorum novos servos habituros esse. Liberti ipsi, qui in urbes secesserant, pristinos Dominos comiter invitabant, lautius tractabant, vina & deliciores cibos donabant, aut etiam mercibus suis quibuscunque liberalitatem erga eos exercebant. Ita ergo *Ingenui seu nobiles rure degentes* soperiebantur. *Aulici* mutatione illa nihil amittebant. Ipsorum enim Servi, cum in aula latera eorum perpetuo cingere cogerentur, ad operas rusticas præstandas non erant idonei, nec agros habebant: Ergo & pro salute animæ manumis si nihil habebant, unde se sustentarent, nisi mercaturam aut opificia exercerent. Et incivile fuisset, si Dominis suis pro præmio libertatis decimas lucri vel operarum voluissent denegare. Porro ad servitia aulica magis apti cœlibes, quam qui cura uxorum & liberorum distinentur. Sed ne hi tamen præ aliis dono continentia præditi sunt. Ergo si hi aulicorum Servi vel etiam Regis ipsius, uxores ducerent, nil convenientius erat, quam ut opificia etiam non manumis si exercerent, (mercatura enim videtur, tanquam præstantior libertis solis relicta,) atque Dominis suis vel certas operas ex arte sua gratuitas vel certam portionem ex lucro præstarent. Denique verosimile est, *urbes* paulatim multiplicatas atque magis magisque in Germania diffusas fuisse. Primæ, scilicet, ubi Episcopi erant, Rex, Duces, Comites &c. erant *maiores*, & ex Nobilibus constabant, libertis item & Servis. Secundæ *minores* erant, ubi videlicet nulla nobilitas, sed soli liberti & Servi. Unde distinctio in *liberas civitates & municipales*. In illis Nobiles seu Ingenui soli cives, liberti vero & Servi saltem incolæ. Ex ingenuis vero illi quorum parentes per hominum memoriam ingenui, *die Geschlechter* ad senatum urbicum admittebantur, reliqui ex libertina vel etiam servili cum liberis mixtione prognati subditi erant *Bürger*. In urbibus minoribus & municipiis liberti videntur, & cives fuisse & magistratus, Servi vero incolæ. Dum vero de Servis in urbibus loquor, semper intelligo eos, qui cum consensu Dominorum in urbibus degerent. Quibus cum se sæpe immiscerent Servi fugitivi, justum erat, ut Dominis concederetur potestas eos in suam potestatem & in rus revocandi &c.

§. 31. Puto jam non amplius dicere posse Conringium, sententiam Lehmanni, quod in civitatibus nulli ingenui, i.e. edlingi mercaturam & opificia exercuerint, nullo argumento probari posse, cum circumstantiæ ex ipso Statu Germanorum modo collectæ satis argumenti præbeant. Quoniam tamen & testimonium desiderabat Conringius, & id ei dandum. Antiqua lex apud Germanos de Nobilibus disponens inter alia ait: *Plebejis artibus abstineto*. Et Henricus VI. in Privilegio Patriciis Noribergensibus dato, in quo aliis Nobilibus eos exæquat, & Equestrium certaminum participes reddit, hanc clausulam addit: *Modo ut antea, sic in posterum Mercatura & cauponaria abstineant, suisque annuis redditibus victitent*. Vide Hachenbergium *Dissert.* 2. §. 2. Et inde originem sumit iste horror, quo nobilitas Germanica ab exercitio mercaturæ & opificiorum ita abhorret, ut mendicitatem citius electura sit, (*Conf. Puf. de J. N. & G. lib. 8. cap. 4. §. 30.*) etsi aliis in locis Europæ nobilitas & mercatura optimo connubio sociatæ sint, ut adeo hoc ipso rursus parum verosimilis evadet assertio Conringii, *non esse verosimile, etiam pauperes Ingenuos nulli tum operam suam locasse, aut honesta ratione fecisse questum*. Nempe & tum temporis pauperes ingenui seu edlingi vel militiæ operam dabant, vel pacis tempore rus suum citius ipsi arabant, vel rura aliorum conducebant, wurden Pachter/ quam ut opificiis & mercatura, Libertorum & Servorum characteribus ingenuitatem suam commaculassent.

§. 32. Postquam luxus produxerat urbes, metus luxuriæ progenies iis complementum addebat. Inde *decus munitio- rum*. Inde Henricus Auceps adversus Hungaros urbes inusitatis antea mœnibus cinxit, atque ex agrariis militibus nonum quemque eligens, in urbibus habitare fecit, ut cæteris confamiliaribus suis octo habitacula extrueret, frugum omnium tertiam partem exciperet, servaretque, cæteri vero octo seminarent & meterent, frugesque colligerent nono, & suis eas locis reconderent. *Concilia & omnes conventus, atq; convivia in urbibus voluit celebrari*. Conringius ex Witekindo *d. l. §. 82.* Ubi in sequenti §. 83. addit: *solos ingenuos tum militasse*. Quod confirmat Ingenuos & nobiles fuisse unum idemque. Hinc in prisca illa lege conjungitur: *Militiam*

litiã colunto: Plebejis artibus abstineto. Addit Conringius, quod & quæstui urbium & dignitati fuerit consultum per celebrationem *conventuum & conviviorum* in urbibus: atque in quibusdam locis adhuc hodie in urbib⁹ celebrari convivia nuptialia ab agrestibus. Ego adderem & id factum esse, ut consuleretur *ambitioni & luxuria Episcoporum* in urbibus, nam & illi conventibus & conviviis regulariter intererant. Denique notat Conringius *ib. 85.* initio rarum & viliorum saltem rerum & commerciorum usum fuisse in Germania, paucasque merces peregrinas & vix aliunde quam ex Italia, quod rursus corroborat ea, quæ diximus §. 30.

§. 33. Habemus jam ex dictis materiam definiendorum vicuum & urbium saltem intuitu Germaniæ, cum alias Philosophi Peripatetici valde se torqueant in ostendenda differentia inter vicum & civitatem, ut notavimus in *Inst. Jurispr. div. l. 3, c. 1. §. 18. seq.* Vicus est *societas in republica vel unius patrisfamilias multitis Servorum familiis circumdati, vel etiam aliquot patrumfamilias sustentationem intendens, ex agricultura & pecuaria ad sublevandas quotidianas necessitates a Deo institutis.* Urbs est *societas plurium hominum in Republica sustentationem intendens ex rebus superfluis ad augendam voluptatem, ambitionem & avaritiam facientibus, ex singulari industria humana inventis.* Ex his vero patet, usum *rusticum*, tanquam a natura recta ortum *certum* esse & definitum, *urbanum* vero, tanquam ab intellectu hominum activo eoque corrupto profluentem, *infinitem* esse pro infinitate cupiditatum humanarum, neque adeo certis capitibus posse includi. Usus ergo *rusticus* consistit in duabus rebus, *agricultura & pecuaria.* Utamque excoluisse videtur Adamus, cujus liberi ita eum usum inter se diviserunt, ut Cain agriculturam præprimis, Abel pecuariam sequeretur. Agricultura tamen maxime necessaria adeoque & primaria, panem videlicet præbens homini, quæ ipsa sola nominatur in maledictione Adami. Pecuaria secundaria, utpote quæ bove aratore agriculturæ inservit, item lac ad butyrum & carnes hominibus præbet. Quæ tamen non tam ad necessitatem, sed majorem commoditatem faciunt. Unde ad agriculturam postea omnis cultura frugum, non ita necessariorum, ut vini olei &c. fuit relata. Usus *urbanus* est omnis ille reliquus, qui non ad fru-

ges communes & vulgares, nec ad pecudes pertinet, aut, si termino magis positivo delectaris, qui pertinet ad *quancumque commoditatem, & elegantiam*, i. e. lucrum & voluptatem. Nam & sermonis *simplicitas* ea propter *rusticitas*, *elegantia* vero *urbanitas* solet appellari. *Ædificia* ipsa, quibus homines inhabitant, si *elegantia* sint, & *commoda*, ad usum urbicum pertinent & *ædes* dicuntur, si *vulgaria* ut in rure sit, ad *prædia rustica* referuntur, & *villa* dicuntur *l. 21. de V. S.* Hinc Tacitus *de moribus Germ. c. 16.* quod antiquitus non gavisi fuerint *ædificiis* connexis ut Romani, sed in *simplicissimis* domibus vixerint. Hinc *prætorium*, i. e. quæcunque domus *elegantior* voluptati inserviens *prædium urbanum* est *l. 93. eod.* *Hospitia* vero seu *stabula meritoria* ad usum urbanum pertinent, item *horti* *elegantiores* nec *vulgares*, *d. l. Opificia*, *mercatura*, *convivia*, *scholæ* *elegantiores*, *exercitia corporis*, *muri*, ad usum urbanum pertinent, &c. Ergo quemadmodum *rusticus* i. e. homo aptus natus ad usum *rusticum* in urbe *elegantissima* *rusticus* manet, i. e. *ineptus* ad *conversationem urbanam*, & vice versa homo *urbanus* inter ipsas *rusticorum* *rusticitates* in *vico* *urbanitatem* suam suosque *lepos* & *svavitates* *morum* retinet, ita sua sponte sequitur, longe aliud esse in urbe aut *vico* esse, aliud esse *urbanum* & *rusticum*: quam rei naturam etiam & *regulas artis*, quæ tum demum vera ars est, quando naturam imitatur, observarunt Paulus, Pomponius, Ulpianus, dum exponunt, quid significant, *Servi urbani* & *rustici*, *penus item urbana*, *serviutes urbana* *l. 99. de Legat. 3. l. 4. §. 5. de pen. legata l. 166. 198. de V. S.*

§. 34. Accidit igitur, ut in *vico*, qui & hodie communiter pagus dici solet (quamvis abusive per dicta superius,) sint quidam *opifices*, sint *caupone*, sint *prætoria* seu palatia, i. e. usus urbanus. Accidit etiam, ut in oppidis & *urbibus* sint *horrea* ad condendas fruges, sint *stabula pecuaria*, i. e. usus *rusticus*. *A potiori tamen fit denominatio*. Et ergo si *prætorium* illud sit duntaxat in *commoditatem Domini* seu *Nobilis* extructum, nonnisi *casus Servorum* & *operariorum rusticorum* circumdatum, si *opifices* sint saltem ad usum *jumentorum* quæ operas præstant, aut ad *elegantiam* forte *familiæ Dominicæ* aut ad usum *Servorum*, e. gr. *Schmie*

Schmiede / Dorff / Schneider / Schuh / Sticker ; si cauponæ sint
 saltem ad refocillandam lassitudinem membrorum corporis ex
 laboribus fervilibus, uti regulariter sunt, certe esse debent caupo-
 næ rusticæ, ex pago non fit urbs. Si in urbe aliqui cives saltem
 utuntur pecudibus & agricultura, si plerique docendo, merca-
 tura, opificiis, cauponando, vel potum vendendo se sustentent,
 urbs est. Posses adeo dicere dari *pagos puros & mixtos*, item *ur-
 bes puras aut mixtas*, prout nempe in pagis vel solus viget usus
 rusticus, vel aliquid admixtum habet usus urbani, & prout in
 oppidis usus rusticus vel plane exulat, vel simul usui urbano est
 admixtus. Et porro quia infinitæ fere sunt hominum commodi-
 tates atque elegantia, ipsæ urbes etiam in se considerata modo
 his, modo illis, modo pluribus, modo paucioribus prædita sunt.
 Quo pluribus tamen commoditatibus & elegantis gaudent, eo
 plus participant de urbanitate & eo magis inter *maiores urbes* re-
 feruntur, & quo paucioribus pollent eo *minores & parum a pagis
 differentes* habentur. Ita oppidum, in quo princeps residet,
 mœnibus ex regulis artis cinctum, pluribus ædificiis splendidis
 atque hortis, sed qui ad amœnitatem & raritatem extracti sunt,
 præditum, ubi præter aulicos abundant mercatores & hospitia,
 ubi mercatura maritima excellit, ac ubi honoratiores etiam pe-
 regrinos pro pecunia suscipiunt, da keine Schencken noch
 Wirthshäuser / sondern Gasthöfe seynd / aut urbanus; da man vor-
 nehme Leute gastiret / und ihnen Logiamenter giebt / ubi aurea ar-
 gentea & marmorea templa sunt, ubi Academiæ, & Gymnasia
 florent, ubi plurimi omnis generis sunt opifices, ubi omnia sunt
 venalia, ubi plateæ sunt nitidæ, ubi non habentur horrea strami-
 nea aut stabula lignea ad fruges condendas & pecudes; tale op-
 pidum inquam est inter *urbes majores*, & puriores, uno verbo,
 inter urbes in significato nobilissimo. Contra *minoris conditionis*
 urbes sunt, cui unum vel alterum dictorum deest, & notum,
 quod elegantissima alias & magna urbs, *Haga Comitum*, velob hoc
 solum, quod muris non sit cincta, a quibusdam *magnus pagus*,
 appellari soleat ein *groß Dorff*. *Minima autem conditionis* urbes &
 non joco, sed serio a pagis vix distantes sunt illæ, quæ præter *cau-
 ponariam den Bierschanck* / & *opificia* quædam sed vulgaria, aliis
 usibus

usibus urbanis haud gaudent, sed *agricultura & pecunia* simul & magnam quidem partem cives sustentant, praeripis si muri non sint magni momenti. Rursus deprehendes *pagos*, si non ita frequenter in Germania, tamen alibi, ubi rustici & nitidioribus arboribus, & selectiore suppellectile abundant, & plures opifices quam alias in pagis moris est, ibi degunt, & caupones etiam hospitia praebent peregrinis. Et regulariter, *quo propiores sunt pagi urbibus*, aut viis regis, eo magis *urbanizant* & *quo remotiores*, eo minus urbanitatum & commoditatum urbanarum admixtum habent. Nescio tamen an hodie reperire liceat pagum *purum & simplicem*, ac ad naturam vicorum illorum antiquorum Taciti tempore in Germania accedentem. Scilicet postquam semel luxuria, voluptas, ignavia &c. invasit Germaniam, ita late se expandit, ut virtuosa illa simplicitas, continentia, vigilantia utique exulet etiam apud rusticos. Facile equidem deprehendes in multis Germaniae pagis ab urbibus aut viis regis aliquantulum saltem remotis, in quo vel in caupona non invenias cerevisiam, panem, ova, candelam, etiamsi pecunia paratissima ea comparare velis. Sed ista quidem non frugalitas est, sed miseria: non virtus ad quam sponte sua inclinent incolae, sed paupertas, ad quam inviti per vitia vel propria, vel Dominorum, adiguntur.

§. 35. Etsi vero usus iste urbanus, qui efficit, ut urbs sit urbs, nec vicus amplius, ob infinitatem suam ad minima puncta redigi & enarrari nequeat, facile tamen ex dictis patet, eundem ad pauca summa genera posse redigi, scilicet ad *opificia, cauponandi jus, mercaturam, mania*. Quodsi & *scholas* vel triviales, vel in quibus liberales artes & disciplinae varii generis docentur, addere velis, neque sic refragabor. Jam ergo ut ad rem accedamus, non puta, me haecenus fusiori illa disquisitione de differentia urbis & vici vagatum esse extra oleas. Nulla alia ex ratione id factum est, quam ut eo evidentius nunc probemus: *Principibus ac Statibus Imperii competere jus danda civitatis*, atque simul fontem erroris sententiae adversae vel tacite ostendamus, neglectum videlicet, ut in plerisque omnium facultatum dissensionibus sit, considerationibus naturae rei, de qua
disce-

disceptatur, & properationem ad decisionem quaestionis, de
cujus terminis nondum clara & distincta in mente cogitatio
erat excitata.

§. 36. Scilicet *dare jus civitatis* duobus potissimum casibus
ex natura rei potest contingere, vel *mutando vicium in civitatem*, vel
extruendo aut condendo civitatem quasi de novo. Prior modus cum
additione saltem fiat, facilior est, adeoque regulas bonae me-
thodi observantes ab eo incipiemus. Ergo quaeritur, *an Status*
Imperii possit jure suo ex vico vel pago facere urbem? Hoc est, si com-
plexum conceptuum, qui in praedicto urbis latet, velimus resol-
vere in suas partes, an Status Imperii possit incolis vici, & novis
advenis concedere privilegium, plura assumendi *opificia*, jus *cau-*
ponandi, mercaturam exercendi, an possit *maenis* locum aliquem
cingere, an possit *scholas* erigere? Videor, te ipsum, dum terminos
quaestionis ita distincte resolutos legis, responsum meam
in mente antevertere, & cogitare; Quis ista neget?

§. 37. Etenim de potestate nova munimenta intra ditiones
extruendi, veteraque firmandi, expresse cautum est *in art. 8. S.*
Gaudeam Inst. Pac. quod Status imperii jure isto sine contradi-
ctione gaudere debeant. Unde non opus habemus cum Mylero
ab Ehyenbach *de stat. Imper. Part. 2. c. 77. §. 2. p. 686.* post alios ibi ci-
tatos *in arg. l. sacra 9. §. muros 4. ff. de R. divis. §. l. per provincias 10.*
C. de edific. privatis, refugium quarere, frustraneum quidem &
inane, si absque legibus Germanicis esset. Et si enim vel ex Prin-
cipis Politicis etiam *d. l. 9. §. 4.* tacente constet, nemini licere sine
consensu Principis muros extruere, tamen ex illo quidem textu
aut ratione minime probatur, quod Status imperii possit ex-
truere, quia quaestio praedicta, utrum Status Imperii sit reve-
ra Princeps, ex ista quidem lege Romana determinari nequit. Al-
tera autem *lex 10. C. de edific. privatis* de jure muniendi urbes, vel
ut Mylerus dicit, pagos (quod utique si verum esset, faceret ad
rem praesentem,) plane non loquitur, sed de muris, qui domus
circumdant, ut alia taceam, quae erudite circa explicationem
istius legis adduxit B. Zieglerus *de Jur. Majest. lib. 1. c. 35. §. 6. seq.*
p. 633. seqq. Et puto, si firmiter inhareamus allegato textui In-
strumenti pacis, sua sponte evanescere omnes objectiones, quas
Stam-

Stamlerus facit de reservatis §. 64. n. 3. p. 320. ac si jus extruendi fortalitia pertineat ad Reservata Imperatoris, & Status ejus confirmationem impetrare habeant opus, ubi *Ed. l. 9. §. ult. d. R. D.* pro se adducit; argumentum præbens, quam facile in utramque partem possint trahi textus Juris Romani, in materiis Juris Germanici, utpote ad eas plane non pertinentes. Ego enim ad istas objectiones ita responderem. Postquam potestas illa expresse adscribitur Statibus in Instrumento pacis, frustra quæri, an ista concessio conveniat cum moribus Romanis vel expediat Reipublicæ, & frustra etiam afferri, quod olim in Italia & Germania quædam Civitates Jus hoc in specie ab Imperatoribus impetraverint. Non enim quærimus, utrum Status Imperii hoc jure olim & semper gavisi fuerint, sed an hodie gaudeant. Quo pacto quemadmodum non utimur rationibus & responsionibus Limnæi pro deducendo jure Statuum rencensitis *ibid. n. 4. pag. 322.* quas nec omnes approbare possumus, ita non opus habemus, ut discutiamus replicas Stamleri, quibus Limnæi dicta conatur infringere *ib. n. 5. p. 323. seq.* quamvis & ad ista jam responderint alii citati Mylero ab Ehrebach *d. c. 77. §. 3. p. 687.* quos tamen excutere jam non vacat. Ac eo minus de hoc jure Statibus competente dubium esse potest, postquam Imperator ne quidem tempore belli Statibus invitis in ipsorum territoriis vel fortalitia nova extruere, vel vetera reparare valet *Cap. Leop. art. 13. in f. Conf. III. Dn. Rhet. Inst. Jur. publ. II. §. 27.*

§. 38. Quod jus instituendi scholas attinet, uti Doctores communiter distinguunt inter scholas triviales, Gymnasia & Universitates seu Academias, ita ut institutionem scholarum trivialium Magistratui cuicumque inferiori, Gymnasiorum Statibus Imperii, Academiarum vero soli Imperatori vindicent, adeoque Gymnasia, quorum usus haud dubie urbanus est, unanimiter juribus Statuum subjiciant, Bœcl. *Notit. Imp. l. 5. c. 2. p. m. 78.* ita jam olim ostendit Illustr. Rhetius *Dissert. de Jure Statuum imp. circa sacra c. 3. in fin.* etiam a Statibus salvo jure Reservatorum Imperatoris, in suis territoriis, si velint, posse universitates institui, post quem meam sententiam dixi *in cogit. mensr. german. de anno 88. mense Novembri p. 656. seqq.* & quid dissentienti Itero de *Academiciis*

demicus c. 6. §. 3. p. 99. seqq. respondendum sit, summam indicavi in not. ad. Monzamb. c. 5. §. 27. lit. a. p. 303.

§. 39. Ad mercaturam in urbibus promovendam potissimum faciunt *Nundine* seu mercatus, qui triplicis generis: *Hebdomadales*, *provinciales*, *universales* *Wochen-Märkte / Jahr-Märkte / Reichs-Messen*. Jus constituendi mercatus *hebdomadales* omnes tribuunt *Statibus Imperii*, etiam *severiores Reservatorum Imperatoris defensores*, ut *Stamlerus*, *d. l. §. 61. n. 7. & 9. p. 305. 306.* Plerique tamen & *provinciales* rectius vindicant, quos inter & *Mylerus d. l. c. 58. aliique ab eo citati*, sed rationibus parum firmis & pro more ex *Jure Romano* iterum tortis. Nos cum *Jll. Rhetio lib. 2. tit. 12. §. 4. ad Jus superioritatis* hac parte provocamus. Uti autem nullus *Statuum* tam arrogans erit, ut jus concedendi alii *nundinas universales*, *Reichs-Messen* sibi vindicare audeat: ita vereor tamen, ne *Doctores* communiter *jura nundinarum provincialium* nimis restringant, aut *nundinis universalibus* aliqua tanquam propria vindicent, quæ tamen & *nundinis provincialibus* competere possunt. Sed ista quidem in præsentem excutere non est opus. Etsi enim vel *solas hebdomadales nundinas Status* instituire possent, vel id ad scopum nostrum sufficeret, cum vel per has *urbes a vicis differant*. Multo magis vero differunt a vicis per *mercatus provinciales*, nec credo aliquam esse urbem, quæ non ejusmodi *nundinis provincialibus* gaudeat. *Nundinæ universales* ad *essentiam urbis* non pertinent, cum per eas non *urbes a pagis*, sed *intra se differant*.

§. 40. Pertinet etiam ad mercaturam & differentiam urbis a pago *institutio mensurarum & ponderum*, das *Recht / Maas / Gewicht / Wage und Ellen zu bestellen*. Et hoc jus vigore superioritatis territorialis competere *Statibus imperii*, nec a jurisdictione Magistratum inferiorum dependere statuo cum *comuni Dd. Schola*, & in specie post alios ibi adductos cum *Mylero de Statibus cap. 46. & in metrolog. cap. 3. Jll. Dn. Rhet. Inst. 7. Publ. lib. 2. tit. 5.* quamvis verear, ut textus ex *Ordinatione Politica Augustana tit. 15. von etlichen Articulen*, qui communiter, hanc in rem adduci solet, satisfactorius sit iis, qui scrupulum aliquem

F

hic

hic movere vellent. Nam probatur quidem per eum textum, quod Status debeant in suis territoriis harum rerum curam habere. Quod vero id fiat jure superioritatis & non ex speciali concessione Imperatoris, id quidem ex dicto textu vix probabitur.

§. 41. Venio ad *opificia*, quæ in urbe sunt, non in pagis. Pertinet ad Jura superioritatis territorialis *Collegiorum & Societatum Opificum & eorundem statutorum approbatio*, aut si utilitati publicæ adversentur, *abolitio*, dicta *Ordin. Polit. tit. 36. von den Handwerckern insgemein & tit. 37. von den Handwercks, Eöhnen §. 1.* Rud. Heiden *de super. territ. th. 87. ap. Fritsch. Exerc. X. Jur. publ.* quamvis de textu *Ordin. Polit. eadem monenda*, quæ jam monuimus §. *præced.* Conf. *Dn. Rhet. l. 2. tit. 4. §. 4.* Et praxis Imperii ostendit, non obligatum esse statum imperii, ut cogatur statuta opificum antiqua, quæ sæpe multum absurditatis continent confirmare, præprimis quando in favorem inutilium terræ ponderum, aut monopoliorum, ingenia solertia & homines diligentes impediuntur in professione artis, quam didicerunt aut invenerunt. Nec dubium, quin possit Status Imperii *nova opificia & hæcenus insolita, neuæ Manufacturen* instituere. De jure *cauponandi & cerevisiam venditionis causa coquendi non agam* separatim, quoniam est infima mercaturæ species, vel certe aliqua ex infimis, & quia constat, quod Status Imperii vi superioritatis territorialis habeant etiam *jus privilegia varii generis concedendi*. Mylerus *de Statibus cap. 49.*

§. 42. Quia tamen circa potissima jura, quæ differentias inter urbes & pagos faciunt, ut vidimus, non defuerunt, qui & ipsi rem dubiam facerent, nec desint scrupuli, quos ipsi agnovimus, inde valebunt saltem hæcenus in hoc argumento adducta tanquam ad hominem adversus eos, qui jus Civitatis dandæ Statibus negant, quoniam hi fere unanimes sunt in concedendis juribus hæcenus recensitis, quorum tamen singula ad essentiam civitatis constituendæ & quasi ejus animam concurrunt. Sed addam etiam argumentum directo probans non saltem istum primum modum constituendæ urbis, sed & secundum *si Princeps de novo urbem extruere, aut peregrinis novas colonias querentibus jus civitatis concedere velit*, Nullum autem brevius hic produ-

producere possumus, quam ipsam Superioritatem territorialem. Demus hoc Bœclero in *Notit. Imper. lib. 5. c. 2. p. 77.* ex Linnæo notandi: Die Landes- & Fürstliche Obrigkeit ist vor alters im Reich ein gang unbekant Ding gewesen / und ist ein neuer fœtus nostri seculi, sufficit, quod iste fœtus seculi nostri legibus imperii sit approbatus. Ut enim jam alia loca taceam, & res & nomen occurrit in *artic. 5. Instr. Pac. §. quantum deinde, verbis: cum jure territorii & superioritatis ex communi per totum imperium hæcenus usitata praxi &c.* Quæ verba simul ostendunt, etsi fortè nomen anterioribus temporibus non adeo cognitum fuerit, rem ipsam tamen cognitam fuisse satis. Ergo res ipsa quæ? qualis? quanta? Respondeo: est vera Majestas omnia regalia sub se comprehendens, nisi quæ pactis sunt restricta. Vide *que diximus in dissert. de injusta jurium majest. stat. Imp. & reserv. Imper. oppositione §. 3. seqq.* At hoc ergo statibus ibidem adscribitur. Ergo cum ad majestatem ejusque Regalia pertineat etiam jus condendæ civitatis, necesse est & hoc Statibus competere, aut contrarium dissentientibus erit probandum. Conf. Schweder. *Introd. ad. Jus Publ. Part. Spec. Sect. 1. C. XII. §. 4. p. 510. & Pufend. de Rep. irreg. §. 8.*

§. 43. Rei jam sic simpliciter sed sufficienter demonstratæ accedant jam exempla, si non probantia, saltè illustrantia, & vel jure suo dissentientes, postquam eorum opinio & rationibus & experientia destituta esse ostensum fuerit, si contra sensum communem nolint amplius litigare, vel invito convicta. Jam supra ex Conringio adduximus §. 13. Principes multos initio conditarum in Germania urbium, tales urbes extruxisse. Sequentia exempla collegit Schwederus *d. l. p. 517. seqq.* Sic namque sine ullius impedimento condidit Albertus Ursus Marchio Brandenburgensis circa annum Christi 1171. Berolinum & Bernau, *Brotuff in Chron. Anhalt. p. 47. A. 1175.* hat Marggraff Otto von Weissen aus zweyen Dörffern eine Stadt nahmens Freyberg erbaut. *Petr. Albin. Berg-Chronick tit. 2. p. 9.* Anno 1477. ist die Stadt Schneeberg zu bauen angefangen worden / aber Anno 1479. ist die erste gemeine Ordnung des Schneebergs durch die hochlöbl. Landes-Fürsten / Churfürst Ernst und

Herzog Albrechten gegeben worden/ Darinn ein ordentliches Stadt-
Gericht wie in andern Städten besellet und confirmiret worden.
Im Jahr 1481. haben vorermeldte Fürsten den grossen Freyheits-
Brieff gegeben/ darinnen unter andern Gericht und Recht besser
bestätiget worden. *albin. cit. Berg. Chron. 4. p. 31.* Anno 1403. am
Tag Thomä des Apostels hat Marggraff Wilhelm von Meissen/
den Flecken Alten Dresden zu einem Weichbild ausgefetzt/ daß er
gleiches Recht/ wie andre Städte im Lande zu Meissen haben solte.
Anno 1601. hat Herzog Friderich von Württemberg mitten auf den
Schwarz-Walde/ und gleichsam in Wagen-Rechte desselben/ ei-
ne neue Stadt aufbauen/ und dieselbe nach seinen Nahmen Frie-
drichs-Stadt nennen lassen/ weil sie aber von ihm mehrentheils für
die Exulanten aus Steyr damahls angefangen worden/ als ha-
ben dieselben solchen Ort Freudenstadt genennet. Kleine Würt-
tenb. Chronick. p. 356. Anno 1607. d. 24. Januar. Elector Palati-
nus Fridericus IV. vicum Mannheim civitatis jure donavit. *Pri-
vil. der Stadt Mannheim 1652. impressa.* Quid de nostris tempo-
ribus dicam? Quot urbes vel in solis ditionibus Brandenbur-
gicis vi Superioritatis Territorialis extructæ & jure civitatis do-
natæ? Loquuntur id Potsdam/ Dorotheenstadt/ Oranienburg/
Friderichswerder/ Friderichsstadt. Ad huc superiore anno Sere-
nissima Princeps Anhaltina exemplum huc pertinens suppeditavit,
quod variis ex causis integrum exhibendum esse putavi-
mus: Wir von Gottes Gnaden/ Henriette Catharina/ ver-
wittibte Fürstin zu Anhalt/ gebohrne Souveraine Princessin von
Oranien/ Herzogin zu Sachsen/ Engern und Westphalen/
Gräffin zu Anhalt/ Frau zu Zerbst und Bernburg/ Vormünde-
rin und Regentin/ ic. Fügen hiermit Männiglich/ sonderlich Han-
delsleuten und Krähmern nebst Zuentbietung Unserer Gnade und
alles gutes zu wissen. Daß/ nachdem Wir den Uns eigenthümlich
zustehenden Ort Oranienbaum/ theils zu Unserer eigenen Bequem-
lichkeit theils auch zur Wohn- und Nahrung für die Leute so sich un-
ter Unserm Schutz dahin begeben wollen/ von Grund auff neu
erbauet und also angeleget/ auch noch ferner anbauen und einrich-
ten wollen/ daher für einen Marktflecken bestehen kan/ Wir ferner
den

denselben in Auffnehmen zu bringen Uns angelegen seyn lassen/ und nach mehr Leuten / sonderlich die mit allerhand Manufacturen wissen umzugeheu/ daselbst sich häufiglich nieder zu lassen/ Gnädigst gern verstaten/ und nebst der Freyheit von allen Oneribus, auff gewisse Jahr/ ihnen sonsten auch/ nach Möglichkeit Fürschub thun und ihre Nahrung fördern wollen. Wie nun zu eines Ortes Auffnehmen auch die Pferde, Vieh, und Krahm, Märkte diensam seynd; Also haben Wir auch verfügt / daß in berührtem Unserm neuen Markflecken Dranienbaum des Jahres zween dergleichen Märkte / als der erste Dienstags vor Palmarum, und der andere des Dienstags nach den 17ten Sonntag Post Trinitatis, da des Montags vorher der Pferde, und Viehmarkt gehalten und die Krahm, Märkte zwey Tage werden sollen. Gestalt Wir dann se bige hiermit und Krafft dieses Ausschreiben/ und Männiglich der etwas zu kauffen oder zu verkauffen hat / es sey an allerhand Vieh oder Wahren / dazu und in specie zu demselben / welcher voriko zum ersten mahle Dinstags nach den 17ten Sontag post Trinitatis gehalten werden soll / einladen / da dann denen Verkäuffern so wohl für das zu Markt gebrachte Vieh / als auch die Wahren auszulegen/ gewisse Plätze angewiesen / und bey selbigen es jederzeit gelassen/ denen Krahmern auch / die es verlangen / ein gewisser Schein / ohne entgelt darob ertheilt werden soll. Inmassen Wir dann auch hierbey die Versicherung thun/ daß daselbst kein Stäte Geld/ noch auch einiger Zoll oder Geleite gegeben / sondern Männiglich mit demjenigen / was er zu kauffe bringet / oder gekauffet hat / frey pahiret werden / darneben auch die Markt Freyhelt daselbst stat haben solle / daß niemand Schulden halber in solcher Zeit mit Arrest auff seine Person oder Güter belegen werden möge. Wir wollen auch nebst dem solche Verfügung thun/ daß die dahin kommende Leute mit bequemen Herbergen/ Essen und Trincken / auch Futter für ihr Vieh um ein billiges versehen / und nach aller möglichkeit accommodiret werden sollen/ worzu sich männiglich zu verlassen hat. Urkundlich haben Wir dieses Patent unter Unserem Fürstlichen Siegel und eigenhändiger Unterschrift ergehen lassen / und an die benachbarte Städte umbschicken wollen / mit dem günst- und gnädigen Ersuchen an die

Magistraten / daß sie solches bey denen Ihnen anvertraueten Com-
munen kund machen und ein Bekänntniß der beschenehen Insinua-
tion halber hierbey fügen wollen. So Wir mit affectionirten
Willen und Gnaden erkennen wollen. Datum Dessau am
3. Junii Anno 1695.

§. 44. Patet ex his exemplis, 1. ne jota quidem extare
de ullius confirmationis Cæsareæ impetratione, aut quod
consensus ejusdem fuerit reservatus, aut quod ad pe-
titionem alicujus Status ratihabitio fuerit infecuta, aut quod
Imperator has pro nullis declaraverit civitates: 2. Jus civi-
tatis condendæ aut concedendæ a Statibus Imperii, etsi pone-
retur, quod tamen sine absurditate poni nequit, sub jure territo-
riali id non contineri, adeoque ipsis cum eo non concessum
esse, vel inveterata illa consuetudine, ac immemorialis tempo-
ris usu, (quo & ipsa Reservata) contra Imperatorem præscribi
& acquiri posse. *Schwed. d. l. §. 4. p. 512.* Quamquam non addere
velim cum Schwedero, istam præscriptionem procedere
etiam contra Imperatorem ignorantem, tum, quia in præscri-
ptione immemoriali regalium non est casus dabilis ignorant-
iæ, tum quia ista præscriptio regalium est præscriptio juris
Gentium, in derelictione præsumta fundata, quæ derelictio sine
scientia vix potest concipi. *Conf. dissert. de præscript. regal. ad ju-
ra subd. non pertin. c. 3. §. 10.* Quibus præmissis facile patet, pa-
rum nos ferire exceptionem dissentientium, qui adversus
exempla adducta urgent, factum iis doceri, non jus, aut vali-
ditatem ejusmodi urbium ex tacito consensu Imperatoris esse
derivandam; tacitum vero consensum hic esse, si sciat Im-
perator extrui urbem, nec ab opere cessare jubeat, sed silentio
conniveat; *Boecl. Not. Imp. l. 4. c. 1. Kulpus. ad Monz. Part. 2. c. 5.
§. 27. p. 184. Henning. de Summa Imperat. Rom. circa prof. cap. 13. §. 11.
p. 521. seq. ubi simul graviter invehitur in Pufendorffium senten-
tiam nostram de rep. irreg. §. 8. adstruentem. Falsus est, ait, Pu-
fendorffius, si de jure loquitur, ut merito debet. Sin præsumtam &
quibusdam potentia sua nixis rem cum injuria & contemtu summi
Principis conjunctam intelligit, haud quidem errat, & vel exemplo
sui*

*sui Regis, cui placere studeat, oppidum ad Wisurgim propria auctoritate
& ad vicinorum emulationem atque damnum excitantis poterit se tue-
ri. Verum quam multa enormia & injustissima hoc modo fieri possunt?
Sic Angli rebelles potuerint Regem suum judicare & supplicio afficere.
Sic Rawalliacus Henricum M. cultro potuit occidere. Sic hoc bello ipse
Svecia Rex contra gentium jura & imperii leges non injuriis lacescit,
non bello denunciato potuit Electoris Brandenburgici, Republicæ causa
absentis inermes provincias nec oppinato invadere, & in illis impune fe-
ro flammaque grassari. Sic potuit in Gallia Regis gratiam Germaniam
deserere, imo pene prodere: cujus beneficio amplificas ditiones possidet;
non uno vinculo obligatus opitulari illi, ambitioni externi hostis pericli-
tanti. Cum vero §. præced. monuerimus, exempla hæc non pro-
bationis sed illustrationis causa fuisse adducta, aut secundum
modum initio hujus §. dictum; & jus ipsum latius in præce-
dentibus fuerit deductum; salva thesi nostra & nos dicere po-
terimus, factum in illis exemplis primario contineri, non
jus, & quæ Hennigius hac parte movit, affectum produnt fe-
ventiorem, & qui Virum Clariss. impediēbat, quo minus cogi-
taret, plura civitatum in Imperio a Statibus jure suo condita-
rum exempla posse ex Domo Brandenburgica a Pufendorffio
afferri, ut ad factum Regis tum sui recurrere non habuerit
opus. Forte in secundis curis idem judicium de hoc loco fe-
ret ipsemet Vir Clariss. quod tulit in præfat. ad d. tract. de notis
in Grotium. Satis jurgiorum est & invidia: adeoque nunc illam ego
verborum intemperantiam odio habeo, ut me quoque, fatear quod
res est, nostrarum notarum in Grotium necdum pigere deserit, quas
cum dolore & aversatione inspicimus, volentes omnino ineditas, si fieri
posset, quod contentiosa & arrogans quadam judicii, immoderataque
libertas displiceat. Quæ de consensu tacito Imperatoris afferun-
tur: parim talia sunt, ut supponant, quod Imperator ha-
beat jus prohibendi, quo supposito ex nostra doctrina de-
structo ipsa conclusio corrui, partim ne quidem præscriptioni
Statuum, si maxime quid adversus jura superioritatis valerent,
opponi cum efficacia poterunt, cum, ut diximus, omnis præ-
scriptio Juris Gentium, tacitam alterius voluntatem præsup-
ponat.*

S. 45. Et adeo etiam jam facile responderi poterit ratio-
nibus differentientium, quas pro communi sententia afferre so-
lent. Fundamentalis error in eo est, quod dicunt, Jus con-
cedendi civitatem esse reservatum Imperatoris & ideo sine ex-
presso ejus vel tacito consensu civitatem constitutam pro civi-
tate non habendam, nec jura civitatis usurpare posse: quodsi
Status talia contra voluntatem Imperatoris tentent, non man-
datis modo fitti temerarios illos conatus posse, sed jure etiam
dirui opera, militari manu in subsidium executionis compara-
ta; aut vetari civibus Romani Imperii, ne pro urbe locum ha-
beant, aut forum frequentent: neque ad nominis tantum de-
cus autoritate Caesarea opus esse, sed praecipue, ut muniri locus
fruique privilegiis & communi urbium jure possit: Certe enim
parum referre & inter ludibria rerum habendum esse, rure-
stres an oppidani audiant, qui locum muris & fossa circumda-
tum incolunt, & caetera more atque jure urbium agunt: Enim
vero paulo plus indulgere Imperatorem, quam tituli usurpan-
di licentiam: Quicquid proprium est oppidis, & qua re a vil-
lis vicisque distinguuntur, jure condenda civitatis, quod im-
petraria Caesare debeat, comprehendi, & quantum concedi hic
soleat, tabulas testari, quibus potestas detur condere urbem:
Scilicet: Die besondere Gnade gethan / und ihn umb seiner fleißi-
gen Bitte willen vergönnet / und erlaubt / daß er eine Stadt machen/
bauen / und die mit Mauern / Thürnen / Thoren / Brücken / Gräben /
und andern nothdürfftigen Wehren zu recht bewahren / bevesten /
und darzu in derselben Stadt einen Rath aus den Bürgern da-
selbst erwehlen / und Amtleute setzen und besetzen / als offt sich das ge-
bühret: und dieselbe Stadt mit rechten Amtleuten / Bürgern / mit
guter Ordnung / Handwercks Zünfften / und allen andern offenen
Nentern so nach Gerechtigkeit und Herkommen anderer Städte / da-
selbst ungelegn / versehen / auffrichten / und bestellen mögen: daß
sie durch fürbaßen (forte legendum: daß sie fürbaß) in gemeldter
ihrer Stadt alle Jahr / jährlich auff den Tag ihrer Kirchweihung
einen Jahrmarch / und alle Wochen auff den Samstag einen Wo-
chenmarch daselbst haben und halten: auch sollen und mögen auff
dieselbe Jahr / und Wochen Märckte / alle und jede Kauffleute /
und

und andere Leute dazu und davon ziehen / und die besuchen / alle die Gnade / Friede / Freyheit / Geleit / Schirm / redliche Gewohnheit / Ordnung und Herkommen haben / und der gebrauchen und geniessen sollen und mögen. vid. Stamler. de Reservatis §. 60. p. 297. Hennig. de Sum. pot. Imper. circ. profana d. cap. 13. §. 11. p. 522. seq. Ad quæ paucis respondemus: reservata Imperatoris male opponi juribus Statuum. Cum tamen iste error sit frequentissimus, ejusque detectio non tantum hic, sed & in aliis quaestionibus utilitatem allatura sit, prolixius explicatus fuit nuper peculiari Dissertatione de injusta oppositione jur. majest. super. territ. & reserv. Imper. quorsum nos jam referimus. Interim tenor privilegii Calarei, quo Imperator in ejusmodi concessione olim usus fuit, ad id nobis minimum proderit, ut per eum illustrentur ea, quæ *supra* §. 35. de quatuor aut quinque potissimis generibus usus urbani & notis Civitatis diximus.

§. 46. Inde vero jam corrunt, quæ sequuntur apud Stamlerum d. l. p. 298. quod optimo jure & Reservatorum Imperialium jurium non immemor invictissimus Imperator Maximilianus I. Anno 1514. cum Albertus Comes Mansfeldius, sine concessione ejus, vico cuidam prope Islebiam, spiritum & vitam, ut loqui solent nostrates, concedere, Germani Stadt-Recht geben / vellet, mandato inhibitorio illud ipsum prohibuisse: Wann nun dir / noch jemand anders nicht geziemet / Stadt oder anders / so der hohen Obrigkeit ohne sondere Erlaubnuß aufzurichten / so empfehlen *re. Thom. Mich. d. jurisd. concl. 12. lit. C. Bruning. de var. Univ. Spec. thes. 13. lit. A.* fortissimo argumento, illam ipsam civitatem instituendi vel concedendi facultatem per simplicem jurisdictionis territorialis concessionem, Principibus vel aliis etiam membris Imperii competere, nequaquam asserendum esse, ceu etiam propterea Fridericum Casalensibus jura Civitatis expresse concessisse testari Nattam consil. 636. n. 110. Unde quoque Comites Wertheimenses tertia vice hujusmodi privilegia ab Imperatoribus impetraverint, uti liqueat ex Autore des Wertheimischen Gesegen-Berichts cap. 12. circa finem, ibi: Solcher Gestalt nun haben auch die Grafen zu Wertheim vom Kayser Ludwigen im Jahr 1337. und wiederum Anno 1376. von Kayser Carlen dem Vierden über

über Freudenberg / von Wenceslao Anno 1379. über Schwanberg
 und Lautenbach Stadt-Recht erlanget / auch bey Freudenberg sol-
 cher Kayserlichen Concession sich gebrauchet / *re. Respondet ad*
ista Schwederus: d. l. §. 5. p. 513. mandatum Maximiliani inhibi-
torium ad sollicitationem alicujus fuisse emissum: Arum. V. 3. D.
14. p. m. 432. nihil ergo eo confici, nisi doceatur, preces illius ve-
ritate fuisse subnixas, nec per illam prohibitionem Comiti Mans-
feldio factam interruptam fuisse omnium Statuum præscriptio-
nem, quia nulla sit quoad tertium præscriptionis interruptio. Ba-
chor. Vol. 2. D. 22. th. 1. l. H. th. 7. l. F, nec unquam ulla ejus inhibi-
tionis ab aliis Imperii Statibus habita fuerit ratio, sed semper in
contrarium ab iisdem itum, quod adducta exempla ostendant:
Comites autem Wertheimenses ob vicinorum forte potentiam
æmulationem, avita odia &c. id fecisse, conservandi sui causa,
alias, si potentiores extra angustias constituti fuissent, minime
id facturos fuisse, nec ipsorum factum aliis præjudicare posse.
Qua responsione Schwederi illustrantur ea, quæ de momento
potentiæ in exercitio juris dicta sunt in illa Dissert. de oppos. jur.
sup. territ. & reserv. Imp. Breviter: Illud exemplum Maximiliani
factum continet, non jus. Nec constat utrum Comes Mansfel-
diæ in illo interdicto acquieverit. Comitum Wertheimensium
exemplum pertinet ad ea tempora, quib⁹ etiam exteri Principes
titulum Regium petebant ab Imperatore Romano, quibus Prin-
cipes Imperii petebant concessionem Privilegii, ut iis liceret mo-
lendina extruere &c. Expirarunt illa tempora diu, & hodie
cum alia rerum facies sit, æque apte in scenam producuntur, ac si
quis senem ex gestis in juventute laudare atque exinde de ad-
hucdum præsentibus viribus eidem persuadere vellet.

§. 47. Pergit Henniges *d. l. p. 521. Saxones sane multa egregia præ*
aliis Statibus indultu Imperatorum consecuti sunt: jus autem condende
proprio nomine urbis non sibi arrogant, sed expressa potius lege Provin-
ciali juxta impetum Principis & Cesaris auctoritatem necessariam esse
statuunt. Reichbild l. 1. art. 9. Land-Recht l. 2. art. 26. Conf. Stana-
ler. d. l. p. 298. Respondet Schwederus d. l. p. 513. Juris Saxonici
allegationem inducere solum particularem conclusionem, nempe,
quod illi Status, qui eo jure utuntur, civitates aliter consti-
tuere

tuere nequeant, nisi etiam consuetudine jam aliter fuerit receptum. Sed ista quidem responsione ego uti nolim, quia usus Juris Saxonici respicit subditos Statuum, ubi receptum est, non ipsos Status. Neque urgebo duram & inconvenientem locutionem, qua dicitur: *Saxones expressa lege provinciali aliquid statuere*, quasi jura Saxonica non ex moribus receptis privata autoritate ab autore speculi collecta sint. Sufficit, quod alia ratio fuerit olim, ubi Status adhuc ex superstitione exercitium jurium suorum etiam a Pontifice quandoque confirmari petebant, & longe aliis oculis atq; hodie Imperatorem tanquam summum Ecclesie Advocatum suscipiebant. Ut taceam, multas fabulas compilatorem istum libro suo imiscuisse. Et forte adhuc de ipsa veritate asserti dubitari possent. Ita enim habet *Land-Recht d. art. 26. lib. 2.* Niemand mag neue Märkte oder Münz erheben ohne des Richters (Das ist des Fürsten) Willen in das Gerichte es leit. Auch soll der König durch Recht sein Hand-Zeichen/ (sinen Hanschen/ suam chirothecam) dazu senden/ zu einer Beweifung/ das es sein Wille sey. Longe enim aliud est, sine consensu Imperatoris jus civitatis dari non posse a Statu, aliud Statum reverentiae causa debere consensum Imperatoris impetare: aliud diplomate prolixo ad hoc opus esse, aliud simplici chirotece signo. Adde *Art. 66. lib. 3.* Man mag keinen andern Marck bauen dem andern auf eine Meil zu nahe (unde Glossa *ibid. latina* deducit Privilegium civitatum, ne infra miliare circumcirca habeatur vinum & cerevisia extranea venalis, & ne fiant braxationes, neque habitare permittantur artifices vel mechanici in villis adjacentibus.) Man soll auch keine Burg noch Stadt verfeffen mit Blancken noch mit Mauren / noch Berg noch Thürme bey Dörffer bauen ohne Urlaub des Landrichters. Hic enim tantum fit mentio Principis, non Imperatoris.

FINIS.

COROL-

COROLLARIA,

1. *Decorum, Splendor, Gloria & omnes Virtutes Politica sunt Vitia moralia. Virtutes morales separatim existentes sunt Vitia. Nullus homo sua natura ne quidem Philosophice virtuosus.*

2. *Fortefalsum, quod urbes a vicis tantum luxu differant. Habent enim Apothecarios & Medicos, quibus vici carent. Sed nihil muto. Tolle luxum, non opus est medico. Et multa Apotheca sunt repositoria rerum ad luxum facientium. Felices rustici, quod medicos ignorent, feliciores, si ignorarent Jctos, felicissimi, si non opus haberent Theologis,*







Halle, Diss., 1696 T-2

ULB Halle

3


005 356 687



VDA7







B.I.G.

Farbkarte #13

1696 310 3

L. F. F. J. L.

DISPUTATIO JURIS PUBLICI,

DE

JURE STATUUM

IMPERII,

DANDÆ CIVITATIS,

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WILHELMO,

Electoratus Brandenburgici Hærede, &c. &c. &c.

IN UNIVERSITATE FRIDERICIANA

Consensu Superiorum,

PRÆSIDE

DN. CHRISTIANO THOMASIO, Jcto,

Confiliar. Elector. Brandenb. & Prof. Publ.

publico examini subjicit

ad d. III. Junii ANNO M. DC. XCVI.

H. L. Q. C.

CAROLUS AUGUSTUS CLUSIUS

Serveſta - Anhaltinus.

HALÆ, Typis CHRISTOPHORI SALFELDII, REGIM. ELECT.
BRANDENB. Typogr. 1715.

